¶ Filius Zacharie araſi. Cōfectio pillulaꝝ ꝯferentium tuſſi calide ⁊ ſiccitati:⁊ auferunt eā. ℞. ſucci ligritie:amili:dragagāti:gūmi arabici:amigdalaꝝ excorticataꝝ: ana.ʒ.i.çuccari tabarçet.ʒ.iiij. Cōfice cū mucilagine ſeminū citonioꝝ:⁊ fiāt īde p̄dicte forme:⁊ teneat ī ore die ac nocte.

¶ Idē. Pillule bichichie que ꝯferunt ſilr̄. ℞. ſucci ligritie:çuccari tabarçet.an̄.aur.vi.amili:dragagāti:amigdalarū dulciū:an̄.ʒ.iiij. Cōfice cū mucilagīe pſilij vl' citonioꝝ.

¶ Idem. Cōfectio trociſcoꝝ feſtinantiū maturatiōez in tuſſi calida:⁊ pleureſi facilitantiū ſputū. ℞. ſucci ligritie violaꝝ:an̄.ʒ.v.amili:dragagāti ſeminū altee: feniculi:an̄.ʒ.i.⁊.ſ. ꝯfice cū mucilagine pſilij:⁊ ſemine lini: ⁊ ſemine citonioꝝ. Da cū aqua ordei:⁊ ſirupo violato.

¶ Idē. Cōfectio alia trociſcoꝝ ad tuſſim ſiccā cū calitate vehemēti ⁊ ſiti. Recipe ſucci ligritie: violaꝝ:ana. aur.iij.ſemis citrulloꝝ:cucurbite:tereniabi ana.aur.i.⁊.ſ. Fac trociſcos cū mucilagine pſilij:⁊ ſeminum citonioꝝ. Doſis aur.ij.cum aqua ordei:⁊ ſyrupo violato.

¶ Filius Zacharie. Loch conferēs tuſſi calide: ⁊ maturans eā ⁊ facilitās in ea ſputū. ℞. iuiube.xx.ſebeſten.xl.ficus.vi.ligritie mūde:paſſulaꝝ enucleataꝝ:an̄.ʒ.x.capillorum veneris.ʒ.v.aque lib.v.bulliāt vſq3 ad lib.i. Deinde recipe penidiaꝝ: ⁊ rob. ana.ʒ.v.coquātur cum facilitate: vſq3 dum ſint ſicut mel currens. Deinde. Accipe ſeminis lactuce:cucumeris:cucurbite:portulace:fabaꝝ excorticatarum:ana.ʒ.iij.gūmi arabici: dragaganti:amili: papaueris albi:amigdalaꝝ dulcium: ana.aur.i. Confice cum predictis. Doſis.ʒ.v.

¶ Idem. Confectio ſimilis lupinis cōferens tuſſi calide ⁊ abſciſſioni vocis:⁊ ſedat ſitiz. Recipe ſeminis cucumeris mūdati.ʒ.vi.ſucci liquiritie.ʒ.vi.ſemis portulace aur.ii. Aggrega ea poſt bonā ꝯtriturationē cū albumine oui. Fiant īde p̄dicte forme:⁊ teneat quotidie ſub lingua.

¶ Sabor. Cōfectio pillulaꝝ cōferentium tuſſi. Recipe dragagāti:gūmi arabici:ſeminū cucumeris:papaueris albi:portulace:amili:croci:çucari vel penidii:ana: confice cū rob:⁊ teneat quotidie ſub lingua. eſt enim expertum ſi deus voluerit.

¶ Sabor rex. Medicamen mirabile conferens tuſſi calide antique ⁊ egritudinibus pectoris a caliditate ⁊ ſiccitate expertum. Recipe mucillaginis pſilij extracte ſm̄ ſciam lib.iij.rob.penidiarū çuccari:ſaliemeni:ana: lib.i.⁊.ſ.coque lento igne: vſq3:ad mellis ſpiſſitudinē auferēdo cōtinue ſpumam eius. Deinde recipe ſeminū cucumerū: melonū:citruloꝝ:cucurbitarū mūdataꝝ:ana:au.x.amili amigdalarū dulciū:granoꝝ pinee maioris:ana.ʒ.xv. gūmi arabici:dragaganti albi:ſeminis lini aſſi:ana.ʒ. viij.ſeminum citonioꝝ mūdatoꝝ.ʒ.iij.croci.ʒ.i.aniſi.ʒ. vij. opij aur.i.ſeminis lactuce.ʒ.x. Tere ⁊ pulueriça:⁊ pone ſuper medicamine. Et ſi non pōt dormire:adde cū predictis ſeminis papaueris.ʒ.xx.iuſquiami.ʒ.xv.recōde in vaſe vitreo. Doſis eius ē.ʒ.iij.vel.iiij.teneat ſub lingua ⁊ glutiat ſaliuā eius:eſt enim medicamen benedictum.

¶ Syrupus de iſopo ex īuentōe noſtra ꝯferens cum auxilio dei tuſſi calide difficili:⁊ cōfert ptiſi:⁊ dolori laterū. Recipe liquiritie:radicū feniculi:vel ſeminum eius:ana ʒ.x.iſopi: capillorū veneris:ana.ʒ.v.ficus pigues.vij.pruna.x.iuiubas.xx.paſſulaꝝ enucleatarū.ʒ.xxx. ſebeſtē.c. Decoque cū aque lib.v.vſq3 ad libr.ij. Da tepide.℥.i.cum ʒ.vi.çuccari roſati vel violati. Et ſi vis accipe hui9 aque lib.ij.⁊ pone ſuper eā pēidiarū ſabari:çuccari:meibutheg ſirupi violati:ana:lib.ſ.dragagāti.℥.iiij. Et eſt valde bonū tuſſi ſicce:vel ptiſi ⁊ ſiccitati pectoris ⁊ aſperitati. Da cum aqua cucurbite aſſe:vel citruli.

¶ Aliud valens ſimiliter. Accipe p̄dicte decoctionis lib.ij. ⁊ pone ſuper ea penidiarū lib.i.olei amigdalarum dulcium.℥.iij.granorū alben excorticatorū lib.ſ. Fac decoq ⁊ accipe violarū ſiccarū tritarū:⁊ cribellatarū: dragaganti:ana.℥.i.gūmi arabici.℥.ſ. Pone in vaſe vitreo. Doſis eius eſt ſicut galla:bonum ⁊ expertum.

¶ Syrupus alius de iſopo ad tuſſim:⁊ aſma:ex aſperitate pectoris. Recipe iſopi:capilli veneris:ana.ʒ.xvi. violarum:papaueris albi:ordei mūdi:ſeminis malue:ana.ʒ.x. ſeminum citoniorum:lactucarū cucumeris:ana.ʒ.v. paſſularum enucleatarum.ʒ.x. ficus.x. iuiubas:ſebeſtē: ana xl.cū.çuccari lib.ij.fiat ſirupus.

¶ Syrupus alius de iſopo ad tuſſim: ⁊ aſma: ex aſpitate cū calitate. ℞. ligritie.ʒ. xx. ſemis malue: cucumeris:ordei mūdi.dragag:ſemis citrullorū:ana.ʒ.iij.maratri:apij: capillorū veneris:iſopi:an̄ ʒ.x.ſemis citoniorū:malue:aniſi:ana.ʒ.v.iuiube ſebeſten:ana.xl.ficuū pinguiū albarū.x. paſſularū enucleatarū.ʒ.x.çuccari:lib.ij. Fiat ſyrupus.

¶ Dyaſcorides dixit.q̄ fruct9 algipur antiqu9 aſſus igni: deīde comeſtus ī ſero cū melle ꝯfert tuſſi difficili ⁊ laborioſe. Et dixerunt qdam ex poſteriorib9: q̄ ſi infigant͠ in eo tria grana thuris:ita q̄ ſepeliant͠ in ipō:⁊ deīde aſſet͠:⁊ comedat͠ in ſero cū melle:cōfert mirabilr̄. Seruet͠ tn̄ illo ſero ſine cena: ⁊ eſt exptum.

¶ De tuſſi humida.

Lia aūt tuſſis humida ponit͠ ꝯplexional' alia materiał'. Mālis qdem ē ſm̄ alterū duorū modorū: aut cū cal'itate aut cū frigiditate: ⁊ huic qdem cū cal'itate:cura eſt tres res. Prima eſt adequatio cauſe ei9. Scđa eſt ſubtractio ipſi9 cum ſubtractiōe cōi. Tertia eſt eductio ipſius eductione propria.

¶ Primam igit͠ rem ꝯplent ꝯmenſurare regimini ei9 ſex res:quēadmodū in capl'o de aſmate dcm̄ ē. ⁊ poſt illō adminiſtrare ex medicaminib9 que ipſi9 mām digerunt: ſic͠ eſt decoctio capillorū veneris p̄p̄e. ⁊ ſyrup9 ex eis ſyrup9 ex iniubis:⁊ decoctio ſebeſten in aq̄ ordei:⁊ decoctio iſopi facta de papauere albo:⁊ fabis excorticatis. ⁊ ordeo cum çuccaro roſato aut violato:⁊ ſimilia.

¶ Scđam vero rem ꝯplēt eūones facte cum iteratione: ⁊ facte de quarto in quartū diem ex caſiafiſtula:⁊ tereniabin:⁊ miroba.de violis cū decoctione iſopi facta. Et qn̄q3 addimus ei qđ eſt ſicut trociſci de violis ⁊ ſilia. Et damus iter ſolutiuū: ⁊ ſolutiuū ex moderate vomere faciētibus ſic͠ eſt rafan9 aſſus cū oximelle aut ſyrupo acetoſo de radicib9. Aut radices aſſas:⁊ oximel ⁊ ſi l'ia. Et ſi corp9 eſt plenū:⁊ facies pulchra cū abūdantia ſanguis flebotomam9 ex baſilica. Et qn̄q3 cū flebotomia remouente materiam

¶ Tertiā rem cōplent admiſtratōes medicaminū plenitudinē pectoris ⁊ pulmōis p ſcreatū educentiū:ſicut loch de pino:⁊ p̄p̄e loch de fabis:⁊ loch de iſopo: ⁊ ſyrupus de iſopo:⁊ confectio de orobo:⁊ ſimilia.

¶ Humide vō: ⁊ frigide tuſſis cura eſt qnq3 res. Et p̄ma quidem eſt digeſtio:⁊ maturatio cauſe eius. Secunda eſt ſubtractio eius ſubtractione cōi. Tertia eſt eductio eius eductione propria. Quarta exiccatio reſidui ſuperflui humidi eius. Quinta corrigit accidentia.

¶ Prima qdē res p̄ficit͠ cū adminiſtratione medicaminū ſicut in capitulo de aſmate diximus.

¶ Scđam rem ꝯplent eūones facte cum eo qđ eſt ſicut pillule cochie. ⁊ yera dyacollogntide. ⁊ pillule de agarico: quas diximus in capitulo de aſmate. ⁊ p̄p̄ie cū iteratiōe: ⁊ iteratione:⁊ cū interpollatiōe adminiſtratiōis rei vomite. Et ſi oportet vt deueniat͠ ad adminiſtrationē ſolutiuorum:etiā ſicut in capl'o de aſmate diximus.

¶ Tertiam rem ꝯplent adminiſtrationes medicinarum materiā educentiū a pectore quas in capl'o de aſmate diximus:⁊ deinceps oſtendemus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0213-1

¶ Quartam reȝ complent adminiſtrationes medicami
num mãȝ diſſoluentiũ: ⁊ reſoluentiũ ⁊ ꝯſumentium: ⁊ hu
iuſmodi qdem medicamĩa ꝯſueuerũt medici exiccatiua
vocare que adminiſtrãda ſunt poſtq̃ adm ſtratiões mũ/
dificantiũ cõmuniuȝ: ⁊ ꝑprioꝝ cum iterationibus ꝓceſſe
runt ꝯuenientib⁹: vt exiccet̃ reſiduum rei. Adminiſtrare
aũt ea in ꝑncipio eſt ꝓfocare ⁊ ponere egrũ ad mortẽ: Ad/
miniſtratio aũt hmõi eſt ſcd̃m duos modos. ſ. aut lamben
do ſeu bibẽdo: aut vaporãdo: ⁊ nos plenã faciem⁹ narrati
onem ex his. Et hui⁹ qdeȝ ſumme eſt lãbere ex myrra. ʒ. i.
cũ melle: facilitat enĩ anhelitum: ⁊ cõſumit humiditateȝ.
Hui⁹ etiã intentõis eſt ſtorax: ⁊ oppoponacũ: ⁊ ꝑprie cuȝ
ouis: aut melle: aut ſerapino factis ex eis pillul' cum aqua
rute: aut glutẽ albotin cũ melle: aut alkitran cũ melle: aut
ſulfur cum ouis ſorbilibus: aut arſenicum ſilr cum ouis:
aut cum grano pini ⁊ ſimilia.

¶ Ex euaporatõibus aũt ad tuſſim antiquã eſt arſenicũ:
citrinũ cũ ariſtologie rotũde partib⁹ eq̃libus. Cõfice cuȝ
butiro vaccino: ⁊ fac formas ſiles auellanis: ⁊ fiat ſuffumi
giũ ꝑ embrocũ in ieiunio. dr̃ enĩ qȯ ſtatim liberat.

¶ Uapor alius. ℞. arſenici citrini ſtercoris leporis: fari/
ne ordei: corticũ fiſtici. añ. fac formas cuȝ vitello oui: ⁊ ſuf
fumiget̃ cum eis tribus vicibus.

¶ Ali⁹. ℞. ariſtologie rotũde: ſtoracis: galbãi. añ. arſenici
ad põdus oĩuȝ. aggrega cũ butiro vaccino ⁊ vtere.

¶ Ali⁹. ℞. ſtoracis: myrre: thuris: ariſtologie. añ. arſenici
pondus oĩum. aggrega cũ butiro vaccino. Fiat ſuffumiga
tio omni die bis vel ter: ⁊ bibat ſuper ipſum aquã cum bu
tiro ouino. ¶ Plura huius itentõis ſcripta ſunt in capitu
lo de aſmate canone vltimo.

¶ Quintã reȝ ꝯplent adminiſtrationes medicaminũ ꝯfor/
tantium pectus ⁊ pulmonẽ: aut elargãtium: ⁊ ſi vigilie ad/
ſint: cũ ſedatõe tuſſis ſomnũ inducentiũ. ¶ Summa aũt
ſedantiũ tuſſiȝ cũ ꝯfortatiõe pectoris: ⁊ pulmonis ẽ hec.
rob: aut ſirup⁹ factus ex ſucco granoꝝ myrthi ꝯpletorum
eſt ad illud mirabil': ⁊ hoc in tuſſi calã. Sed ĩ frigida: qdẽ
cũ myrra: ⁊ croco modico: pl'monis ãt vl'pis ſicci iuuamẽ
ẽ ſublime ĩ calĩ ⁊ frida. In calã qdẽ aur. i. ex eo cũ ſyrupo
myrtino. In frida vero cum melle: ⁊ aqua calida. Huius
aũt intentionis eſt crocus cũ ſyrupo myrtino: aut cum ſy/
rupo de iſopo: ⁊ ſilr ſandaraca: cuȝ melle: ⁊ nux cipreſſi cũ
vino ⁊ melle: ⁊ grana pini ſunt ex rebus magnis ĩ hac par/
te. ex medicinis magnis aũt que ſedant tuſſiȝ: ⁊ pectus cõ
fortant ſunt tyriaca: ⁊ mitridatũ: ⁊ diamuſc⁹ dulcis ⁊ ama
rus: ⁊ athanaſia magna ⁊ parua: ⁊ diamarthe ẽ ꝯfectio mi
rabilis Rabit regis quã ſcribem⁹: ⁊ ſilia. ¶ Summa ãt
medicinaꝝ pect⁹ elargantiũ ſcripta eſt in caplõ de aſma/
te. ¶ Summa aũt medicinaꝝ tuſſim ſedantiũ: ⁊ corrigẽ/
tium ſupfluitates vigiliaꝝ dicet̃ qñ de medicis ſtupefaci
entibus ſermonẽ faciemus ſi deus voluerit. Afferant̃ ad
hunc locuȝ plura que ſcripta ſunt ĩ capitulo de aſmate hu
mido ſiue calõ ſiue frigido: ⁊ proprie medicina quaȝ ſcri/
pſit filius Zacharie.

¶ Filius Humaim. Modus decoctõis de capillis vene
ris ꝯferens tuſſi humide cũ calore. ℞. capilloꝝ veneris ĩ
vltime recentiũ. ℥. i iſopi ſicce: fabaꝝ excorticataꝝ: ſemĩs
fenicli: aniſi: ſeminũ lactucaꝝ: portulace: papaueris albi:
amigdalaꝝ dulciuȝ: ⁊ amaraꝝ: ordei excorticati. ana. ʒ. v.
ſemĩs melõis: cucurbite grãoꝝ myrti: añ. ʒ. iij. gũmi arabi
ci: añ. ʒ. ij. paſſulaꝝ enucleataꝝ. ʒ. xv. dactilos pingues. v.
ficus ſiccas. v. iuiubas. xxx. decoquant̃ in aq̃ libr. iiij. vſq̃
ad li. i. ⁊ ſ. ⁊ da oĩ mãe. ℥. iij. cũ çuccaro roſato aut violato.
Et ſi volueris accipe ex hac decoctõe lib. ij. ⁊ cũ meibueg
⁊ çuccari. ℥. x. fiat ſyrupus. Doſis ei⁹ eſt. ℥. i.

¶ Fili⁹ Amarã. Sirup⁹ de iſopo ꝯferẽs tuſſi hũide cũ fri
ditate. ℞. iſopi ſicce. ʒ. v. capillorũ veneris: ligritie: añ. ʒ.
vi. corticũ radicũ apij: fenicli: ⁊ ſemis aniſi: añ. ʒ. v. folioꝝ
praſſij. ʒ. iij. paſſulaꝝ enucleataꝝ. ℥. i. iuiubaꝝ. xx. yreos: fe
nugreci: ana. ʒ. ij. ⁊ ſ. ſemis malue: ⁊ biſmalue: ana. ʒ. ij. fic⁹
piguiũ. vi. numero: dactiloꝝ. v. folioꝝ calamẽti: aur. i. De/
coquant̃ in aq̃ lib. v. vſq̃ ad lib. i. ⁊ ſ. cũ melle: ⁊ meibueg
ana lib. ſ. Fiat ſyrupus. Doſis. ℥. i.

¶ Idem loch ꝯferens tuſſi: ⁊ egritudibus pectoris: ⁊ pul/
monis: ⁊ eſt exptũ. ℞. farine fabaꝝ: ligritie mũdate: thu/
ris maſculi: gũmi albotin: amigdalaꝝ dulciũ ⁊ amararũ:
añ. ʒ. x. ſemis fenicli: aniſi: croci: ſucci ligritie: dragagãti al
bi: ſemis citõioꝝ mundatoꝝ: papaueris albi añ. ʒ. vij. cala
mẽti: praſſij: ana. ʒ. x. opij. ʒ. iij. Tere ⁊ cerne: ⁊ adde eis pe/
nidie. ʒ. xxx. Deide cõfice cũ melle colato. ʒ. cl. ⁊ ꝯtunde ĩ
mortario. ⁊ ſit doſis. ʒ. ij. ĩ mane cum decoctione iſopi: ⁊ in
ſero teneat ex eo ſub ligua.

¶ Democbrytus. Modus ꝯfectõis ad tuſſim humidam
cũ friditate. Accipe calamenti fluuial'. ʒ. v. granorum pini
ʒ. vi. ſemis vrtice: ireos: ana aur. i. piperis nigri: ſemis lini:
añ. aur. ij. Cõfice cũ melle: ⁊ keſmes. Et ſit doſis ab aur. i.
vſq̃ ad. ij. cum decoctõe iſopi.

¶ Idem. Loch bonũ ⁊ expertũ ꝯferens ad ideȝ. ℞. mell'
boni. ℥. iiij. vitelloꝝ ouoꝝ recẽtiũ: ⁊ butiri: ana. ʒ. iij. Mel
⁊ butiꝝ decoquant̃ vſq̃ dũ habeant modicũ ſpiſſitudis.
deide dimittat̃ modicũ ĩfridari: ⁊ miſce cum eis vitella
ouorum commixtione bona: Deinde miſce piperis nigri
pulueriçati. ʒ. xij. ⁊ ſumatur ex eo lambendo mane: ⁊ ſero
eſt enĩ expertum.

¶ Paulus. Pillule q̃ tenẽtur ĩ ore ꝯferũt ad tuſſiȝ fridã
⁊ ſiccã: ⁊ ſunt expte. ℞. myrre: croci: granoꝝ pini: granorũ
coti excorticatoꝝ: fenicli: aniſi. amigdalaꝝ dulciũ: ⁊ ama
rarũ papaueris albi: ſucci ligritie: añ. Cõfice cũ penidiarũ
partib⁹. iij. ⁊ ſucco feniculi humidi.

¶ Hamech fili⁹ Zacharie. Cõfectio ꝯferẽs tuſſi antiq̃ ⁊
fride: ⁊ vẽtoſe. ℞. pẽidiarũ. ʒ. xx. praſſij: capilli veneris: iſo
pi: fenicli. aniſi: añ. aur. iiij. croci: calamẽti: çuccari. añ. aur.
ij. ſucci ligritie: pĩearũ purgataꝝ. ⁊ amigdalaꝝ dulciũ: añ.
℥. i. Cõfice cũ melle diſpumato q̃tum ſuffic. da. ʒ. iij.

¶ Hamech araſi. Syrup⁹ de praſſio ꝯfert tuſſi ỏ flegma
te groſſo: ⁊ vẽtoſitate. ℞. praſſij. ʒ. xl. ligritie: iſopi: calamẽ
capilli veneris: añ. ʒ. xx. radicũ feniculi: apij: añ. ʒ. x. amig
dalarũ mũdatarũ. pinearũ purgatarũ: fenugreci: ſemis fe
niculi: añ. ʒ. v. maſticis: darſeni: çinç. añ. ʒ. ij. paſſularũ enu
cleatarum. ʒ. c. iuiube: ſebeſten: ana. c. aque cale: lib. xxiiij.
Dimitte die ac nocte. deinde coque vſq̃ dum redeat ad
lib. x. Deinde adde mellis: ⁊ rob: ⁊ penidiarum: ana. lib. ij.
Deide ſuſpende in medicamie croci. ʒ. i. Doſis earum ab
℥. i. vſq̃ ad. ij.

¶ Idem. Loch cõferens vt ipſum. Accipe ligritie: amig
dalarum: dulcium ⁊ amararum. ſemis lini aſſi: ana. ℥. iiij.
ſemis feniculi: farie fabarum: ⁊ pinearum mundatarum:
ana. ʒ. iij. myrre croci: olibani: darſeni: ana. ʒ. i. ⁊ ſ. penidia/
ruȝ. ℥. ij. Confice cum rob. Et fiant forme ſimiles lupinis:
⁊ teneat ſub lingua.

¶ Sabor. Confectio Loch de alleis: que cõfert tuſſi fleg
matice: ⁊ maturat materiam eius bonum: ⁊ expertum. Ac
cipe alleorum mundatorum: lib. ſ. ⁊ elixa ea in aqua deco
ctionis cicerum: ⁊ yſopi ſicce vſq̃ dum ſint bene diſcocta
Deide colentur ⁊ terãtur allea ſicut medulla: ⁊ ꝑyce ſup
ea mellis ⁊ butiri: ana. ℥. vi. ⁊ decoquantur lento igne vſq̃
ad terminum loch: ⁊ vtere. bonum eſt.

¶ Idem. ℞. ſucci cauliũ. lib. v. lẽto igne coque auferẽdo
ſpumã ei⁹ vſq̃ dũ redeat ad lib. ij. Deide coquat̃ cũ rob: ⁊
mellis lib. i. vſq̃ dũ igroſſent̃. ⁊ bonuȝ eſt.

¶ Idem. Loch de ſqlla expertũ ⁊ efficax ĩ tuſſi humida:
educit enĩ ex pectore mãȝ eius. Recipe ſucci ſqlle: ⁊ mel
lis: ana. coquantur vſq̃ dum ingroſſentur.

¶ Idē. Cōfectio medicamīs ad tuſſiꝫ humidā cū friditate. ℞. ſpice: croci. ana. ʒ. i. iſopi ſicce. praſſij. aā. ʒ. iij. myrre: ireos. ʒ. ij. farine orobi: ⁊ fabaꝝ. aā. ʒ. vij. pipis. ʒ. i. ⁊. ſ. keſmes: ⁊ carniū dactiloꝝ: ficuū piguiū: ⁊ pineaꝝ mūdataꝝ. aā. ʒ. vi. Cōfice cū lohoc de caulib⁹. Uerꝫ ⁊ expertū.

¶ Cōfectio medicaminis ex īuentione nr̄a. Syrupus valens aſmati: ⁊ tuſſi: ⁊ maturat eas: ⁊ cōfert vlcerib⁹ renum ⁊ veſice: ⁊ eſt medicamē bonum. Accipe ficus albas: ⁊ pingues. l. numero: iuiubas. c. Decoque in aque lib. v. vſqꝫ ad iij. ⁊ cū ꝫ rob. lib. ſ. çuccari lib. i. Fiat ſirupus.

¶ Syrup⁹ alius. ℞. ficuū ſiccaꝝ pinguiū. ℥. ij. iſopi ſicce: capilloꝝ veneris. aā. ℥. i. rute: praſſij. ligritie. aā. ʒ. iij. radicū maratri: apij. aā. ʒ. v. aniſi. ſemis malue. aā. ʒ. ij. carniuꝫ iuiubaꝝ. ℥. ij. Fiat ſyrupus cū melle. ⁊ rob lib. i.

¶ Alexāder. Electuariū mūdificās pectus ⁊ pulmonē: ⁊ ꝯferēs tuſſi. Accipe granoꝝ pineaꝝ: amigdalaꝝ dulciuꝫ. aā. ʒ. x. dattiloꝝ pinguiū. ʒ. xv. piguedinis ficuū. ⁊ keſmes aā. ℥. i. dragagāti: albi ſemis fenicli. aā. ʒ. vi. ireos. ʒ. xv. Cōfice cū melle crudo. Doſis a. ʒ. ij. vſqꝫ ad aur. i.

¶ Alexāder. Ad tuſſiꝫ que ingetat in nocte: ⁊ nō ſinit dormire: ⁊ ad tuſſim catarralē. fiant pill'e ex ſtorace: myrra: ⁊ opio. aā. croci partis. i. quarta. Cōfice cū melle aut rob in forma ciceriꝫ. ⁊ da in ſero. ij. aut. iij. Aut ex myrra opio: ⁊ galbāo: ⁊ pauco croco. Aut ex ſtorace. ℥. i. galbāi: ſulfuris viui: opij: pipis: terbētine. aā. ℥. i. Aut ex ſtoracis ꝫinꝫ. opij: croci: galbāi: granoꝝ pini. aā. partib⁹ eq̄lib⁹. Cōfice ⁊ vtere. Iſta enī ſedant tuſſim antiquā ⁊ nociuam.

¶ Galien⁹. Medicamē qđ ponit Rabit rex: ⁊ dicit̄ ꝙ eſt tante v̄tutis ꝙ nullū aliud ei eq̄paret̄ ad ſedatiōeꝫ tuſſis. Eſt. n. mirabile. ℞. radicū oppopōaci. ℥. i. ⁊. ſ. ⁊ loco radicū opponaci ponat̄ oppoponaci. aur. v. caſtorei: ſemīs lini aſſi: ana. aur. iiij. ſemis lactuce. aur. v. folioꝝ rute ſiccorū: myrre. aā. aur. ij. ⁊. ſ. opij: croci. aā. aur. ij. ⁊. ſ. ꝯfice cū melle colato. Et da in ſero febricitātibus cuꝫ aqua calā: ⁊ non febricitātibus cū vino. Et ſit doſis eius ſicut magnitudo fabe. Eſt enim expertum ⁊ bonum.

¶ Galien⁹ ex libro decē tractatuū. Cōfectio pillulaꝝ: q̄ꝝ iuuamentū eſt vltimatū ad tuſſim antiquam humidam: aut catarralē. Accipe: caſtorei: myrre: maſticis: liquiritie: opij: galbani: aniſi: feniculi: enule: ⁊ in alio raſen: genciāe: iſoppi ſicce: ireos: dragagāti: gūmi arabici: ana: croci ptis. i. tertiā. Confice cū rob: da poſt menſes tres.

¶ Galienus ex codē libro. Confectio Lohoc: qđ expertus ſum ad tuſſim: ⁊ ad aſma ex materia groſſa difficilis eradicationis. Recipe liquiritie: ireos: ſtoracis liquide: fiſticorū mundatoꝝ: amigdalarū dulciū: ⁊ amararū: granoꝝ pini: ana: aur. iij. olibani: glutini albotin: gummi: dragagāti: agarici: cinamomi: ſeminis feniculi: ana. ʒ. ij. ⁊. ſ. aloes. myrre: ana: aur. ij. keſmes. ℥. i. Tere ⁊ ſicca: ⁊ pulueriça. Medulas vero cōtere cōtritōe vltima: aloe vero: ⁊ myrrā infunde in rob. circiter. ℥. ij. aut. iij. mellis colati ⁊ cere quātū ſufficit. Deinde diſſolue in eo ſtoraceꝫ. Confice cō tundendo in mortario cum ceteris. Et ſit doſis eius. a. ʒ. i. vſ qꝫ ad aur. i.

¶ Inquit Galienus. Faciebā hāc medicinaꝫ p̄cedere ſirupum alkemes: ⁊ iſopi: ⁊ decoctionē eorū ⁊ alia ex maturantibus: quorū forma ē apud te: ⁊ hoc tp̄e cōueniēti vt digeratur ⁊ maturetur materia.

¶ Galienus. Trociſci cognominati aſſemus: ⁊ ſunt trociſci ſtelle cōferunt huic tuſſi iuuamentū ſublime: ⁊ ꝓprie dati cum rob. Et ſit doſis a tertia. ʒ. vnius. vſqꝫ ad. ʒ. ſ. Et ſunt ex hominibus qui dāt cū aqua ordei.

¶ Humain. Cōfectio alba cui ē iuuamentū: ⁊ operatio vehemens ad tuſſim difficilē. ⁊ antiquā ex mataria groſſa: ⁊ viſcoſa: ⁊ aperit oppillatōes pectoris: ⁊ pulmōis: ⁊ mundificat ea: ⁊ clarificat vocē: ⁊ educit ſaniē ⁊ materias corruptas ex pectore ⁊ ꝯfert ptiſi. ℞. ſemis lini aſſi: paſſulaꝝ enucleataꝝ: aā. ℥. iiij. amigdalaꝝ dulciū: ⁊ amararū: granoꝝ pini: aā. ℥. ij. auellanarū aſſaꝝ: ireos: glutini albotin. aā. aur. ij. thuris maſcl'i. croci. myrre. aā. aur. i. Fac ex eis trociſcos cū lacte aſine: ⁊ dimitte ſiccari. Deiā tere: ⁊ ꝯfice cū melle: ⁊ ē doſis ei⁹. ʒ. i. mane ⁊ ſero teneat ſub ligua.

¶ Archigenes. Cōfectio que cognoſcitur mirabilis conferens cō virtute dei ad ſputū ſanguinis: ⁊ ad tuſſim cronicā ⁊ antiquā ex materia putrida ſanioſa ex vlcere: ⁊ ptiſi. Mūdificat. n. ⁊ abſtergit cū virtute dei a materia groſſa ⁊ putrida: ⁊ ſunt vſi hac medicina prudentes. Et cum ſit ex fortibus: nō ambigitur ſup ea: ⁊ cōfert p̄focationi matricis: ⁊ paraliſi: ⁊ veſice: ⁊ ꝯfert fluxui vētris ⁊ piodis febrium: ⁊ reſiſtit venenis: cuius pmixtio hec ē. Recipe caſtorei: piperis lōgi ⁊ nigri: ſtoracis: ſpice: coſti: galbani: opij: ana. ʒ. iiij. croci. ʒ. ij. Cōfice cū melle diſpumato q̄tū ſufficit. Doſis eius ē ſicut faba cū aqua mellis.

¶ De fluxu ſanguinis ab ore.

s Anguinis exitus ab ore eſt ſecundū vnū quatuor modoꝝ: aut. n. expuitur tm̄: ⁊ eſt ex parte oris: aut egredit̄ cū raſcatione: ⁊ eſt aut a colatorio: aut ab vuula: aut a palato: ⁊ partib⁹ eoꝝ. Et qn̄qꝫ egredit̄ cuꝫ vomitu: ⁊ ē aut a meri: aut a ſtōaco: aut ab epate: aut a finib⁹ eoꝝ. Et qn̄qꝫ cū tuſſi: ⁊ ē aut ex pectore: aut a pulmōe: aut a cāna: aut lacerto vocali: aut epigloti. Et quideꝫ qualiſcūqꝫ hoꝝ fuerit eſt ſm̄ vnū. iiij. modoꝝ. Aut enī eſt ſcđm ſemitā redūdationis ex aliquo ſic a venis: aut arterijs: ⁊ ꝓprie qn̄ accidit ebullitio in ſanguine aut agitatio: aut apate ſanguineo: cuius materia eſt facilis reſolutiōis. ¶ Secundus eſt ſecundum ſemitam redundationis: ſicut accidit pluribus a retentione mēſtruoꝝ: ⁊ cōſtrictione emoroidarum non ſcđm ſapientiam: ⁊ ſicut accidit pluribus ꝓpter exuberantiam ſanguinis in toto. ¶ Tertius vero ex ruptura vene: ⁊ apertione eius cū vulnere: aut ſine vulnere. ¶ Quartus ex vlcere ⁊ corroſione ſuper venā. Sanguinis aūt qui expuit̄: dicta cura eſt in capitulo de vulneribus ⁊ vlceribus oris: ⁊ partiū eius. Cum vero egreditur cum raſcatione cura dicta eſt in capitulo de fluxu ſanguinis narium: ⁊ in capitulo de vlceribus vuule ⁊ palati: ⁊ in capitulo de alcola. Et ꝯferunt eis gargariçatiōes ex reb⁹ ſtipticis: ⁊ ſi n̄ tollit̄ flebotomet̄ ex cephalica flebotomia ſubtili vice poſt vicē. Et fiant alia que ſunt dcā ibi. Egreſſionis aūt ſanguīs cū vomitu cura eſt tres res. ¶ Prima eſt rectificatio membri: a quo eſt paſſio. ¶ Secunda eſt: vt fiat diuerſio: ⁊ hoc fit cum ſubtractione ſanguinis ex vena ſeruiente illi membro: ⁊ cum applicatione ventoſarum ſuper ipſo ⁊ ſimilibus. Et ſi eſt a corpore toto ꝓpter exuberantiam ſanguinis in ipſo: fiant flebotomie cuꝫ iteratione ex baſilica: nunc dextra: nunc ſiniſtra. Et quandoqꝫ ex ſaphenis. ⁊ hoc q̄dem differenter. Nam ſi ſolum in q̄ntitate exuberat flebotomia larga neceſſaria eſt vel mediocris largitatis. Si autem acuitas: ⁊ īflammatio ſit in ſanguine: cum ſubtilitate ⁊ ebullitiōe ſubtili flebotomia vtendum eſt. ¶ Tertia eſt adminiſtratio rerum conglutinantium ⁊ conſolidantium: ſicut competit ex his que dicemus. Nunc vero eorum que compingunt: ⁊ ingroſſant ſanguinem ex his que dicemus. Sanguinis autem egreſſio cum tuſſi eſt ex pectore aut pulmone: ⁊ eius cura eſt praua. Dixit enim Hyppocrates. Screatum ſanguinis ex pectore aut pulmone. ſi concomitatur ſputuꝫ putredinis ⁊ poſt illud ptiſis: ⁊ poſt illaꝫ deſperatio ⁊ mors. Uerꝫ qđ eſt ex pectore eſt minus ſuſpectum eo qđ eſt ex pulmone. Raro q̄dem ſolutio continuitatis in pulmone ſanatur: ⁊ illud eſt propter quinqꝫ res. ¶ Et prima quidem res eſt quoniam motio reſiſtit ꝯſolidatōi: imo addit ad ipſam: et dilatat eā. Et noſti ꝙ pulmo in ſil'itudinē folliū fornacis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0215-3

dilatatur ⁊ conſtringitur cõtinue ob cauſam vi͛e. ¶ Se-
cunda vero eſt. quia ſanies in ſpongioſo membro diu reti-
net̃: ⁊ diu retenta magis acuit̃: ⁊ magis acuta ꝓfundat vl
cera. ¶ Tertia eſt. qm̃ ſolutio ↄtinuitatis cadẽs ĩ pulmo-
ne dilatat ipm̃. ⁊ retardat officiũ ei⁹ qḋ diximus: quare fu-
mi caſi difficulter egrediunt̃: ĩmo cumulant̃ in ſol'onis lo
co: ⁊ iflammant̃: ⁊ addũt ad ſolutõez: ⁊ diſpſi p corp⁹ ſunt
cã deſiccationis mẽbroꝝ: ⁊ febris ethice. ¶ Quarta eſt.
qm̃ pulmõis caro multe paſſibilitatis eſt: ⁊ teneritatis ci-
to ſubiecta putrefactioni: ⁊ illud iõ quoniã nutrimentuꝫ
eius eſt ex ſanguine ſubtili ⁊ acuto: ⁊ eſt ipm̃ receptaculuꝫ
flegmatis: q̃re cito fit in eo repugnatio ↄtrarietatis ĩ alte-
rum. ⁊ ex hoc cito accidit putrefactio: ⁊ corruptio. ¶ Qui
ta eſt ſubſiſtẽtia eius catarris paulatim vulnerantibus ⁊
vlcerantib⁹. Ex his aũt pꝫ: ꝙ ex pulmone ſanguis excrea
tio: aut in eo ↄtinuitatis ẽ ſol'o ſuſpectior. Et qdeꝫ Hyp. di
xit ſanguis ſcreat⁹ ex ꝓfundo q̃liſcũqꝫ aſcẽdens ſuſpect⁹
eſt: a ſupiorib⁹ aũt fluens non eſt ſuſpectus.

¶ Egreſſiõis ãt ſanguis ex pectore aut pulmõe: cura ẽ ẜꝫ
duas itentões. vꝫ. v̾l. ⁊ pticularẽ. Ul'is ãt itẽtio eſt q̃tuor
res. Prima eſt ſanguis adeq̃tio. Scõa ẽ diuerſio. Tertia
ẽ mũdificatio. Quarta eſt accñtiũ correctio.

¶ Primã igit̃ rem ↄplent correctiones cadẽtes in exube
rantia in q̃litate ⁊ q̃titate ſanguinis: aut in vtriſqꝫ. Et q̃ti
tate qdeꝫ cũ diminutõe cibi ⁊ potus: ⁊ dimiſſione vini. Et
ſi excuſari nõ potes: ſit multe pmixtionis cũ aq̃. ⁊ ſit vinũ
ſtipticũ. Et dimittat dulcia: ⁊ pulmẽta ex lacte: ⁊ frumẽto
⁊ tritico: ⁊ vitet oĩa gñal'r: que dilatant ⁊ multiplicãt ſan-
guinẽ ex his que comedunt̃ ⁊ bibunt̃. Et abhorreat geris
ſupfluitatẽ multiplicãtẽ mãs ſomni: ⁊ ꝓpe ſub radys ſol'
⁊ lune: ⁊ abhorreat laborẽ in horis vehemẽtis caloris: ⁊ la
borẽ agitatiuũ: ⁊ clamorẽ ⁊ irã: ⁊ portatões ponderꝝ: ⁊ coi-
tus ſupfluitatẽ: ⁊ frequẽtationes balnei dulcis: ⁊ ſil'ia. Et
ſit ↄtent⁹ ſorbitõib⁹ fcis ex ſauic ordei ⁊ riço: ⁊ milio: ⁊ cõ-
cedit̃ caſeus recẽs. ⁊ lac ex quo extractũ ſit butirum: ⁊ fru
ctus ſtiptici. Et ex olerib⁹ portulaca: ⁊ lactuca: ⁊ endiuia: ⁊
atriplices: ⁊ cucurbite: ⁊ citrulli. Et ex carnib⁹ perdicum:
turdoꝝ: ⁊ minutaꝝ auiũ minus pinguiũ: leporis: ⁊ ſimiliũ
decocte cũ fructib⁹ ſtipticis: ⁊ ſuccis eoꝝ. Et ex granis co-
medãt lẽtes excorticatas ⁊ mes: ⁊ ſauic ordei: ⁊ riçũ: ⁊ mi-
liũ: ⁊ geguers: ⁊ farinaꝫ fabaꝝ. Ex piſcibus piſces degẽtes
ĩ locis petroſis: ⁊ cãcros aquaꝝ dulciũ coctos ĩ lacte ſine
butiro: ⁊ aqua ordei: ⁊ q̃ hoc curſu ꝓcedunt. Bibãt autem
aquam roſatã. aut decoctionis roſaꝝ: ⁊ aquaꝫ de minera
ferri: aut aquã in qua extiguit̃ ferrũ cuꝫ rob myrtino. aut
aquam ordei. decoctionis cancroꝝ aque dulcis ⁊ ſimilia.

¶ Si aũt peccatũ ſit ex parte acuitatis ſanguis: ⁊ ebulli-
tionis: ſedamus id cum rebus extinguentibus inflamma
tionem: ⁊ ingroſſantib⁹ ſanguinem. Sicut ſunt ꝓpe cibi ⁊
potus frigidi: ⁊ ꝓpe ſtiptici: ⁊ extinctiui iflammationum:
ſic̃ cibi ↄgelati ex lentibus cum ſuccis aliquibus ſtipticis:
aut ex cucurbita: aut citrullis: ⁊ portulaca eſt ex rebus mi
rabilibus ad illõ. Sedat. n. iflammatõeꝫ: ⁊ ſtringit ſangui
nem: ⁊ ↄcedunt̃ eis cibi pauce acetoſitatis: ſic̃ çeroſkie: ⁊
ſumakie: ⁊ cucurbita cũ granatis acrib⁹ ⁊ dulcib⁹: aut mu-
çis tritis cũ granis ſuis: ⁊ carnes pulloꝝ: ⁊ paruaꝝ auiũ cũ
ſuccis ſtipticis. ⁊ ↄgelatũ ex eis. Et ↄfert eis iuuamẽtũ ma
gnum adminiſtratio pſily aſſi ↄquaſſati in aqua roſata cũ
coriãdro aſſo: ſil'r ãt ſemẽ portulace cuꝫ aqua roſaꝝ: ⁊ hoc
in matutinis. Hec eniꝫ igroſſant: ⁊ ipinguant ſanguinem.
Hui⁹ ẽt itentõis eſt lac acetoſuꝫ extracto butiro ex eo: ⁊ ſi
extiguat̃ in eo ferꝝ magnificat̃ ei⁹ opatio: ⁊ caſeus recẽs
eſt bonus eis: ⁊ laudant̃ eis iuiube: ⁊ aq̃ decoctiõis caruꝫ:
⁊ fructus ſtiptici: ⁊ ſucci eoꝝ: ⁊ ſil'ia. Et ex rebus ẽt ſangui
nis iflammationeꝫ ⁊ acuitatẽ ſedantib⁹ ſunt emplaſtrati-
ones: ⁊ epithymata circa epar ⁊ cor exreb⁹: ⁊ ſuccis frigi-
dis: ⁊ ſtipticis. ⁊ appõnes aque veri frigoris cum aliquib⁹
eoꝝ circa ipſa: ⁊ ſedere in aq̃ frigida: ⁊ ſil'ia: que diximᵘ in
capl'o de fluxu ſanguinis ex naribus. ¶ Si ãt peccatũ in
q̃titate ſanguinis ſimul ⁊ qualitate fuerit tunc noſtra oc
cupatio erit circa vtrunqꝫ.

¶ Scđam rem ↄplent adminiſtrationes flebotomie cũ
iteratõibus. ſi opꝫ ex vena baſilica: nũc dextri: nũc ſiniſtri
brachy mediocris apertõis: ſi ſolũ in q̃titate ſanguis exu
berat: aut ſubtil' aptiõis ſi ſubtilitas ⁊ acuitas dominant̃
in ſanguĩe. Et qñqꝫ ↄuertimus ſanguinẽ ad lõginquaꝫ di-
uerſitatẽ: ſic̃ ad ptes iferiores: ⁊ hoc cũ flebotomia ſaphe
ne: ⁊ vẽtoſatõe cruriũ: ⁊ ſcarificatõe ĩ ipſis. Et qñqꝫ exigit
diſpõ emorroidaꝝ aut mẽſtruoꝝ ꝓuocatõeꝫ: ⁊ facimᵘ id.
Et ↄferũt vẽtoſatões in hypocõdrys ſine ſcarificatione.

¶ Et dixit Ruffus: qñqꝫ accidit mulieri. vt ſpueret ſan-
guinem poſtq̃ꝫ lac delituit in mãmillis eius: ⁊ reſtrictus
eſt ꝓuocato lacte: ⁊ accidit ei illud tertio: ⁊ curata eſt poſt
exuberantiam lactis.

¶ Tertiã aũt rẽ ↄplent admiſtratiões medicaminũ ſan-
guinẽ mũdificantiũ. ⁊ ſiqdeꝫ fuerit acuitas: ⁊ inflãmatio:
⁊ ebullitio ĩ eo ꝓpter pmixtionẽ colere acute in ipſo: oꝫ q⁹
euacuet̃ colera pꝰus. deide flebotomet̃. Hoc. n. eſt ſcđꝫ ca
nonẽ artis: demũ ſequat̃ ĩfrigidatio: ⁊ ſi opꝫ vltima ĩfrigi
datõe. Colera aũt euacuabit̃ cum aq̃ fructuũ facta ex eo:
qḋ mulget̃ ex ſemibus portulace pꝰus aſſis. Et ĩ reubarba
ro eſt v̾tus mirabilis ĩ hac parte. Euacuat. n. colerã: ⁊ ſtri-
git de ꝓꝓetate ſanguinẽ: ⁊ ꝓpe cuꝫ ucco ligne arietis: aut
cuꝫ aqua q̃ mulget̃ ex ſeminib⁹ portulace. Si aũt flegma
abũdat cũ ſanguĩe faciẽs exuberare ipm̃ euacuet̃ flegma
cũ eis q̃ ſcis. Deide flebotoma. Et ex eis ẽt que mũdificãt
ſanguinem ſil': ⁊ diuertũt motũ eius: ⁊ ĩclinãt ĩferius ſunt
adminiſtratões cliſterioꝝ debiliũ. ⁊ ſi opꝫ hñtiũ acuitatẽ
ex his q̃ ſcis niſi timueris agitatões fieri ĩ ipſo: ⁊ ꝓpe apõ
ebullitõeꝫ eius. Tũc aũt oꝫ blãdiri cũ cliſterib⁹ debilib⁹
Hec eſt eni operatio ſcđm ſapientiam.

¶ Quartã reꝫ ↄplẽt nũc abſtinentia ⁊ ceſſatio a reb⁹ mo-
uẽtibus ⁊ agitantib⁹ ſanguineꝫ. Nunc aũt ꝓuentio: ⁊ pſer-
uatio a fluxu eius: ⁊ ꝓpe in expoſito ad illud. Nunc vero
remotio nocumẽti faciẽtis cadere ĩ illud. Res aũt mouẽ-
tes ⁊ agitantes ſanguinẽ ſunt cibi acuti: ⁊ medicĩe acute: ⁊
labor vehemẽs: ⁊ ebrietas ml'ta: ⁊ rixe ⁊ vociferationes: ⁊
caſus: ⁊ pcuſſio ⁊ his ſil'ia. Expoſiti ãt ad ſputuꝫ ſanguinis
ſunt hñtes pect⁹ ſtrictum: ⁊ nudũ: ⁊ humeros ſic̃ curuatu
re alaꝝ: ⁊ collum ſubtile: ⁊ longũ. ⁊ depreſſum iter alas: ⁊
humeros: ⁊ frequẽtat eis tuſſicula cũ punctura iterdum:
nũc apõ dextrã: nũc apud ſiniſtrã ſpatulã: nũc apõ aliquã
mamillaꝝ. Hos ãt ꝓueniemus ne cadãt in illud cũ flebo
tomia ex baſilica. ⁊ iclinatõe ſanguis ad ĩferiora cũ flebo
tomia ſaphene: ⁊ põne vẽtoſaꝝ: ⁊ ꝓuocatõe emorroidaꝝ:
aut mẽſtruoꝝ: ⁊ fricatõe facta ĩ extremitatib⁹. ⁊ correcti-
one ĩ ſex gñibus reꝝ ſicut ſcis. Et hec oĩa maxime obſer-
uanda ſunt ꝓprie in ꝑncipio veris: ⁊ ĩ toto vere. Eſt enim
tempus exuberare faciẽs ſanguinem.

¶ Nocumẽta aũt facientia cadere in ſputũ ſanguis ſunt
ſic̃ catarrus acut⁹ tuſſis vehemẽs: apa pleureticũ: aut peri
pleumonicũ: aut epaticuꝫ: ⁊ ex his eſt retẽtio mẽſtruoꝝ: ⁊
ↄſtrictio emorroidaꝝ ↄſuetaꝝ fluere. Et qdem iaꝫ catar-
ri curã ſcripſim⁹: ⁊ tuſſis. Et ĩ pleureſi ſiqdem: ⁊ peripleu-
monia ſanguineis apparens ſputũ eſt ſignũ laudabile. re
ſudat. n. ex apate aliqd poſt aliqd ex eo ꝙ mã eius eſt reſo
lubilis nõ ꝓhibita ꝓpter adherentiã aut ↄpactioneꝫ. In
apate aũt epatico eſt ei⁹ apparitio aliqñ cã ad malũ. ⁊ ꝓpe
cũ apa eſt magnũ exuberãs. Et qñqꝫ eſt ſignũ boni: ⁊ ꝓpe
apõ reſol'oneꝫ ipius. Emorroidaꝝ aũt aut menſtruoꝝ cõ-
ſtrictio nõ ſcđm ſapientiaꝫ ſi faciat cadere in illud: aut ſi
ſit ſuſpectio de illo: tũc eoꝝ ꝓuocatio excuſat a ſuſceptõe

vel ſuſpitiōe ſicut Gal. ſuper vbis Hyppo. dixit. Jngt eniꝫ
cronicus emoꝛoidaꝝ fluxus totaliter conſtrictus ⁊ ſubi/
to cadere facit in hydropiſim: aut maniam: aut ſanguinis
ſcreatum ⁊ ptiſim.
¶ Particularis aūt ītentio habet q̄tuoꝛ modos. Prim⁹
cogit vertere ītentionē noſtram ad curationē ſcreat⁹ ſan
guis: qui cōtingit ꝓpter reſudationem ipſi⁹. Et ſiquidem
fuerit ab a̅pate ſanguineo cui⁹ mā ponit̄ in reſolōne alicu
ius caſus poſt aliquid curari non indiget: eſt enim ſignifi/
catio ſalutis. ¶ Si autem fuerit ſ̄m ſemitam reſudatio/
nis ex venis pulmonis: aut arterys: vel ēt pectoꝛis ꝓpter
agitationem ⁊ ebullitionē cadentē in ſanguīe dabim⁹ me
dicamina ſanguis feruoꝛē repꝛimentia: ⁊ ipꝫ cōpingētia.
Et huius op̄ationē facientiū ſūma hec eſt: poꝛtulaca ꝓ/
prie cōmaſticata frequēter ⁊ paꝝ poſt paꝝ deglutitus ei⁹
ſucc⁹ potenter ſtringit ſanguinē: ⁊ ſedat ebullitionē eius:
⁊ cōpingit ipm̄. Et ſil'r ſemen eius aſſuꝫ ⁊ tota planta ipſi/
us: ēt ſ̄m oēm modum admiſtratōis ei⁹. Et ſil'r album pa
pauer aſſum. Juiube aūt ſunt hui⁹ ītentōis: ſcd̄m omnem
modum admiſtratiōis eaꝝ. Jn mucillagine aūt pſily cuꝫ
lapide ematithe diligenter loto ⁊ cōtrito cōtritione vltia
īeſt virtus mirabilis: ⁊ ſil'r in coꝛiandro. Et ſil'r in lapide
ematithe cū ſucco arnogloſſe. Pſiliuꝫ aūt aſſum ⁊ ꝯquaſ/
ſatum cū aqua expreſſionis poꝛtulace: aut ſemis ei⁹. vſq3
dum fiat mucillaginoſum: eſt ad id mirabile. Et ſil'r ſemē
iuſquiami cū ſucco arnogloſſe. Hui⁹ etiā eſt ītentiōis lac
coctum cū lapidibus fluuialib⁹ aut cū ferro ignito. Pri⁹
extracto butiro ex eo. Et ſil'r lac acetoſum extracto ex eo
butiro: ⁊ caſeus recens ſil'r. Lutum aūt aſſemē ⁊ lutuꝫ ar/
menū ⁊ ſigillatū ſunt ex medicis veris ad illud: ⁊ ꝓpe cū
ſucco plātaginis. Jſta.n. cum v̄tute infrigidatōis ⁊ cōglu/
tinatiōis: ⁊ ex eis cōpoſita ſunt vltima ad id: ⁊ q̄cunq3 ſūt
hui⁹ ītentiōis. Et laudat̄ eis aq̄ ferri: ⁊ aqua pluuialis cuꝫ
gūmi arabico aſſo: aut dragagāto. Et laudat̄ eis ēt aqua
oꝛdei: ⁊ ꝓprie aſſi cum cancris fluuialibus aut ſpodio: ⁊ ſi/
milibus. Et q̄ñq3 exigit neceſſitas apud vehementem agi
tationem: ⁊ vigilias vt cū eis aliqua ex narcoticis tribua/
mus ⁊ tunc facimus id cum cautela.
¶ Scd̄s modus docet vertere ītentionē noſtrā ad cura/
tioneꝫ ei⁹ ſcreat⁹ ſanguis: q̄ fit ſ̄ꝫ ſemitā redūdatōis: ⁊ h⁹
curā iā diximus: q̄ñ mōs diuertēdi fluxū ſāguis docuim⁹.
¶ Tertius modus qui eſt ad curandum apertionem aut
rupturam vene cum vulnere: aut ſine vulnere indiget
admiſtratione medicaminū ſtipticoꝝ: ⁊ conſolidatiuoꝝ.
Et hoc quidē facientiū ſūma hec eſt: ſanguis draconis ꝓ/
prie ⁊ carabe: ⁊ bolus ⁊ lutū ſigillatū: ⁊ balauſtie: ⁊ roſe: ⁊
coꝛnu ceruinū aduſtū. ⁊ coꝛalli aduſti: ⁊ kachie: ⁊ hyppog/
ſtidos: ⁊ coꝛtices ⁊ floꝛes granatoꝝ: ⁊ emathites: ⁊ gūmi
aſſum: ⁊ mumia ⁊ reubarbaꝝ ꝓprie aſſum: ⁊ coꝛtices thu
ris ⁊ coꝛtices: maſticis: ⁊ coagulū lepoꝛis: ⁊ coꝛiandrū: ⁊ ſe
men lingue arietis: ⁊ capita ⁊ virgulta roſarum: ⁊ fructus:
⁊ folia myrthi: ⁊ ſpodiū: ⁊ coꝛtices cancroꝝ vſtoꝝ: ⁊ ſil'ia.
Fundamentū aūt ⁊ medicia cū q̄bus hec miſcenda: ⁊ pro
pinanda ſunt: vel aliq̄ eoꝝ: hec ſunt ſucc⁹ ꝓprie plātagis:
⁊ ſuccus albutſandani: ⁊ ſucc⁹ poꝛtulace: ⁊ ſucc⁹ albedaro
gi ⁊ aqua al ſauic: ⁊ aqua pluuialis ī̄fuſiōis gūmi aſſi: ⁊ aq̄
roſata: ⁊ ſuccus citonioꝝ: ⁊ miua: ⁊ ſucc⁹ granoꝝ myrthi: ⁊
ſirupus ex eis: ⁊ mucillago pſily: ⁊ ſemē citonioꝝ: ⁊ aq̄ ſu/
mac: ⁊ ſil'ia. Medicinas āt cōpoſitas ſcribem⁹ poſt: ſi de⁹
voluerit. de quarū ſūma eſt çuccaꝝ roſatū ꝓpe: eſt.n. me/
dicamē eis benedictū: ⁊ miua: ⁊ ſirup⁹ de roſis ſiccis: ⁊ ſi/
rupus de iuiubis: ⁊ ſirupus myrthin⁹: ⁊ ſirupus de pomis
ſtipticis ⁊ trociſci de charabe: ⁊ trociſci de terra ſigillata:
quorum memoꝛiam fecimus in antidotario.
¶ Medicamina aūt q̄ admiſtrant̄ emplaſtrādo aut lini
endo extra. Sūma hec eſt. Oleū roſatū cum maſtice aut
oleum myrtinū: ⁊ ex eis eſt oleū de citonys: ⁊ oleū nardi/
num: ⁊ ſucc⁹ coꝛiādri hūidi cū ſauich: aut farina oꝛdei: aut
cū ſandalis: aut ſpodio ⁊ roſis: cū modico camphoꝛe. Hec
.n. ēplaſtra cōferūt. Uel accipe acatie: hyppogſtidos: fa/
rine ſauich: ⁊ farine oꝛobi. añ. Cōfice cū albumīe oui: ⁊ ſu/
perpōe. Uel accipe pl'uerē thuris ſubtiliſſimū ⁊ admiſtra
cū albumīe oui. Et quidē de reb⁹ melioꝛibus in hac par/
te eſt ſubtiliter inquirere ad inueſtigandum locum vehe
mentie doloꝛis. Jllic enim emplaſtrationes: ⁊ linimenta
vtiliſſima ponentur.
¶ Quartus aūt mod⁹ docet abſcīdere cauſas vlceratio/
nū: ⁊ coꝛroſionū cadētiū ī ptes pectoꝛis: ⁊ pulmōis ⁊ ꝓpe
pulmonis ſ̄ꝫ plurimū. hoc eni eſt id q̄d ē ſuſpectū: ⁊ tumo
roſum maxime. ⁊ h⁹ q̄dem curationē ſcribemus in capl'o
de ptiſi: ſi deus voluerit: ⁊ p̄miſerit curari huiuſmōi.
¶ Sa. ſi accidit ſputū ſāguis a catarro tūc erit ꝯſideratio
nr̄a: vtꝝ ſit acut⁹: aut nō acut⁹. Et ſi fuerit q̄dē acut⁹. ⁊ co
lericus: aut ſalſuginoſus: ſedabim⁹ ipetū acuitatis ei⁹ p̄us
cū regimīe bono diſtincto in capl'o de catarro. Poſtq̄ āt
vehemētia acuitatis ſedata fuerit ſoluat̄ nā cuꝫ eo q̄d eſt
ſicut īfuſio mirobalanoꝝ: ⁊ ſil'ia. Et ſi fuerit ſalſuginoſus
cū eo q̄d ē ſic pillule cochie. Deide ꝑcipim⁹ cū flobotoma
ri de vena cephalica flobotomia ſubtili: ⁊ ſi oꝫ cū iteratōe
⁊ fricam⁹ extremitates ei⁹ vice poſt vicē ⁊ trahimus ma/
terias ei⁹ a capite cū cliſterib⁹ acutis: ⁊ ſi oꝫ foꝛtis acuita/
tis: ⁊ cū pōne ventoſaꝝ in cruribus: ⁊ ſup emoꝛoidas poſt
apertionē eaꝝ cū flobotomo. Et ꝯfert eis poſt illud admi
ſtratio aq̄ oꝛdei cū cācris fluuialib⁹: ⁊ ſirup⁹ de papauere.
Et ſi īdiget medicamīe foꝛtioꝛi: dentur trociſci alſcēdene:
quoꝝ rememoꝛabimur poſt. Et foꝛti⁹ eſt ex eis trociſci de
charabe: ⁊ ꝓprie cū ſirupo de papauere: aut ſirupo myrti/
no: aut rob eius. Et ſi res fuerit p̄uatioꝛ nō ē excuſatio ad/
miſtratōis medicinaꝝ foꝛtiū: ſicut tiriace ꝓprie: ⁊ mitri/
dati: ⁊ athanaſie: ⁊ trociſci ſtelle: ⁊ ſil'iū. Et iā q̄dem mulie
ri cuidā: ⁊ plurib⁹ poſt illā cui acciderat ſputū ſanguis ex
catarro cōmenſurauim⁹ regimia: q̄ iā diximus: ⁊ īſtituim⁹
poſt illa: vt poneremus ſup caput eius: ⁊ ꝓpe ī pte çuendeg
medicamen ex fimo colūbino poſtq̄ egreſſa eſt balneū: ⁊
adiunximus: ⁊ dedim⁹ ſibi tiriacā recentē āni ſui vt faceret
eā doꝛmire: ⁊ in craſtinū īiunximus fricari extrema ipſi⁹
⁊ cōſtringi īſtitis: ⁊ admiſtrari ex tiriaca recēti q̄ntitatē mi
noꝛem: ⁊ minuim⁹ quotidie q̄ntitatē eius dōec deuenim⁹
ad admiſtrationē ſolius mellis: vt mūdificet̄ pulmo ſuf/
ficienter: ⁊ nō receſſim⁹ ab admiſtratōe alicui⁹ ex rubifi/
cantib⁹ ſuper ptem q̄ dicit̄ çuendeg: ⁊ ab aſſiduitate frica
tionis extremitatū: donec diuerteret̄ catarrus: ⁊ remāſit
nobis poſt hec ſola vna neceſſitas. ſ. vt deide cōſolidaret̄
vuln⁹: ⁊ dedim⁹ ei filoniū perſicū: ⁊ iterdū trociſcos de lu
to ſigillato cū çuccaro roſato ⁊ q̄ñq3 çuccaꝝ roſatū ſolū ī
q̄ntitate m'lta: ⁊ fecim⁹ īterpolatiōes ī admiſtratōe ipſoꝝ
et viciſſitudies: ⁊ q̄ñ ex eoꝛum vſu ſtringebat̄ anhelitus:
cōuertebamus ſtudiū noſtrū ad admiſtrandū res q̄ dila/
tant ipm̄: ⁊ educunt ſaniem ſicut ꝓprie decoctōes yſopi ⁊
ſimilia: ⁊ cum elargabat̄ anhelit⁹ tunc reuertebamur ad
filonium ⁊ trociſcum ⁊ çuccarum roſatum. cū hac viciſſi/
tudine ⁊ ſanata eſt. Et nō eſt mō cōꝑhenſibilis nūer⁹ co/
rum qui ſanati ſunt ſecundum doctrinam hanc.
¶ Filius Zeçar. Cōfectio trociſcoꝝ ꝯferētiū tuſſi: ⁊ ſpu/
to ſanguis. ℞. gūmi arabici: boli armeni. añ. ʒ. x. ſemis poꝛ
tulace. ʒ. viij. ſpody: folioꝝ roſaꝝ: ⁊ ſemis caꝝ. añ. ʒ. ij. dra
gaganti: amili. añ. ʒ. v. Fac trociſcos cuꝫ ſucco lingue arie/
tis: ⁊ da cum eodem ſucco.
¶ Jdē. Cōfectio trociſcoꝝ de papauere cōferentiū ſcrea
tui ſanguis: ⁊ tuſſi cū febꝛe: ⁊ doloꝛi pectoꝛis. ſi de⁹ volue/
rit. Accipe roſarum: gūmi arabici. añ. ʒ. iiij. amili: papaue/
ris: dragagāti: ſucci ligritie. añ. ʒ. ij. ſpody. croci. añ. ʒ. ß. Cō/

fice cū triplicato melle: aut rob: ⁊ da cū tereniabī: ⁊ aq̄.

¶ Idē. Cōfectio trociſcoꝝ emantithicoꝝ exptoꝝ ⁊ iuuamentoꝝ ad ſcreatū ⁊ ſputū ſanguīs: ⁊ manatōez eiꝰ vndecūq;. ℞. corticū cancroꝝ fluuialiū aſſoꝝ. ℥. xvi. coriādri aſſi. ℥. vij. ſemis papaueris. ℥. xv. boli armēi: ⁊ terre ſigillate. aā. ℥. vi. ſemis portulace: folioꝝ roſaꝝ cū capitibꝰ ſuis: gūmi arabici: dragaganti. aā. ℥. v. lapidis ematithis loti. ℥. iiij. euſiſtidos: acatie: cornu cerui aduſti: karabe: balauſtie ſemis myrti. aā. ℥. iiij. cōculaꝝ incenſaꝝ. ℥. ij. margaritaꝝ nō perforataꝝ. ℥. i. Fac trociſcos cū ſucco lingue arietis. Ex rebus mirabilꝰ iuuamēti ſūt trociſci de terra ſigillata: ⁊ trociſci de charabe dicti in antidotario.

¶ Diaſcorides. Portulaca ſanguis ſputum ſedat ex pulmone: ⁊ ꝓpe maſticata ⁊ frequēs ſucci ipſiꝰ deglutitio: et ſilr ſemē eius. Sedenegi aūt ē ad illud mirabilꝰ: ⁊ ꝓpe lotus: ⁊ admiſtratus cū ſucco portulace: aut arnogloſſe. Et ſilr coagulū leporis cū eiſdē ſuccis ſtipticis. Et iā expertum eſt: q̄ ſeminū arnogloſſe: granoꝝ myrti: ⁊ capitū roſarum cū folijs ſuis. aā. ℥. i. ⁊ ʒ. admiſtrata cū ſucco arnogloſſe. ſunt ad illud medicamē vltimū. Et in ſemīe iuſq̄ami ē operatio bona: ⁊ hoc qñ egritudo eſt praua: ⁊ ꝓprie cū aq̄ mellis: ⁊ in mumia ſilr eſt opatio pfecta: ⁊ ꝓprie in ſputo ſanguīs ex percuſſione: aut caſu: ⁊ ſit potio ipſius kirat. i. ⁊ proprie cum vino ſtiptico.

¶ Andromacus. Cōfectio trociſcoꝝ ad ſputū ſanguīs: et ſcreatuꝫ eius. ℞. acatie. ℥. iiij. roſaꝝ: balauſtie. aā. ℥. vi. gūmi arabici. ℥. ij. dragagāti. ℥. i. Cōfice cū aqua pluuiali. Doſis. ℥. i. cū aqua frigida: ⁊ eſt expertum.

¶ Paulus. Cōfectio trociſcoꝝ reſtringentiū ſcreatū ſanguinis: ēt ſi ſit antiquꝰ: ⁊ ſedantiū agitatōes. ⁊ inducētiuꝫ ſomnū. ℞. acatie: ſcēdene. lote: ipoquiſtidos: balauſtie: florum mali granati. aā. ℥. v. gallarum. ℥. i. ⁊ ʒ. opij: croci. ana. ℥. ij. Fac trociſcos cum aqua pluuiali. Doſis aure. ʒ. cum aqua frigida.

¶ Filiꝰ Zacharie araſi. Confectio trociſcoꝝ ſcedene. cōferentiū ſputo ſanguīs: ⁊ eiꝰ manatiōi vndecūq;: ⁊ ſunt expti. ℞. thuris. ſāguis dracōis: balauſtie. aā. ℥. ij. ⁊ tertiā alterius. charabe. ℥. v. ſcēdene. terre ſigillate. aā. ℥. iiij. aluminis. ℥. ij. ⁊ ʒ. opij: cinamomi. aā. ℥. ij. iuſquiami. ℥. i. ⁊ ʒ. Fiāt ex eis trociſci. iiij. Et ſit doſis. i. cuꝫ albedarogi: aut aqua portulace: aut lingue arietis.

¶ Idem. Cōfectio epithymatis q̄ linit̄ pectꝰ: ⁊ ſedat dolorem: ⁊ reſtringit ſanguinē: ⁊ ꝯſolidat: ⁊ linit̄ ſup ſtōacuꝫ apud vomitū ſanguis ⁊ veſicā: ⁊ ſuper renes apud micturam ſanguis ⁊ peſſariçat̄ in matrice apud ſupfluitatē mēſtruoꝝ ⁊ ſtringit fluxū emoroidarum. ℞. ſucci euſiſtides: acatie: ſanguinis draconis: galle: balauſtie: croci: gūmi arabici: myrre: boli armeni: opij. ana. Fiant trociſci: ⁊ line ex eis vbi oportet.

¶ Sabor. cōfectio papaueris ꝯferētis cū auxilio dei ei q̄ ſpuit ſanguinē ꝓꝑ acuitatē ⁊ iſlāmationē ⁊ doloreꝫ pectoris: ⁊ pleureſiꝫ. ℞. roſaꝝ: gūmi arabici. aā. ℥. iiij. amili: dragaganti: papaueris. aā. ℥. ij. ſpodij: croci. aā. ℥. ʒ. ſucci ligritie. ℥. ij. Cōfice cū ſirupo de papauere: da cū aq̄ pluuiali: et ſirupo myrtino aut rob eius: aut ſirupo de papauere.

¶ Idem. Cōfectio trociſcoꝝ cōferentiū ſputo ſanguīs: ⁊ emanatiōi eius vndecūq;. ℞. luti ſigillati. ℥. ij. boli armeni: amili: roſaꝝ. aā. ℥. iiij. charabe. granoꝝ myrti. ana. ℥. vi. cancroꝝ vſtoꝝ: ſemis portulace. aā. ℥. x. coralloruꝫ: dragaganti: ſpodij. aā. ℥. v. gūmi arabici: ſcendene. ſucci ligritie. ana. ℥. iiij. Confice cum ſucco portulace: ⁊ aqua roſata da cum aqua pluuiali.

¶ Iſaac iſrahelita. Cōfectio medicamīs ꝯferēs ſcreatui ſanguīs a pectore: ⁊ pulmone: ⁊ emanatōi eius: ⁊ vomitui: ⁊ hoc medicamen nō ꝑmittit cadere in ptiſim. Accipe pſilij aſſi. ℥. xv. granoꝝ portulace aſſoꝝ gūmi arabici aſſi: boli armeni. aā. ℥. v. papaueris albi: lactuce. aā. ℥. x. charabe aſſe: roſaꝝ cuꝫ pedibus ſuis. aā. ℥. iij. corali aſſi. ℥. ij. Tere oīa ſicͭ alcohol. Doſis eius ē. ℥. ij. cū aqua frigida mār̄ ⁊ ſero. Et ſit cibus eoꝝ vitella ouoꝝ ⁊ pedes arietū ⁊ edoꝝ.

¶ Idem. Cōfectio lohoc q̄ adminiſtrat̄ ad manatiōes ſanguinis ex pectore ⁊ pulmone bona. ℞. dragagāti: gummi arabici: ſanguis draconis: boli armēi: roſaꝝ: amili: ſpodij. aā. ℥. iiij. ſcendenegi: ſemis arnogloſſe: papaueris albi. mumie acatie: ſucci euſiſtides. aā. ℥. ij. penidiaꝝ: ſahari. ℥. iij. Confice cum ſirupo facto ex roſis ſiccis quantū ſufficit: aut cum ſirupo myrtino: ⁊ adminiſtretur.

¶ Filimon. Cōfectio Filonij pſici vehemētis ꝟtutis ad manationē ſanguis vndecūq;: ⁊ ſcreatū eiꝰ cū tuſſi: ⁊ ſine tuſſi: ⁊ ſupfluitatē menſtruoꝝ doloroſam: ⁊ emoroidaꝝ: ⁊ egeſtionē ſanguineā: ⁊ ad mulieres pregnātes: q̄bus erūpunt̄ mēſtrua: ⁊ ꝯſeruat fetus ī mr̄icibus eaꝝ. Cuius hec eſt ꝑmixtio. Accipe papaueris albi: iuſq̄ami. aā. ℥. xx. opij: terre ſigillate. aā. ℥. x. ſedenegi: croci. aā. ℥. v. caſtorei: ſpice euforbij: piretri: margaritaꝝ nō pforataꝝ karabe çedoarie doronigi: ramic. aā. ℥. i. cāphore. ℥. vnius tertiā. confice cum melle roſato colato quātū ſufficit. Doſis. a. ℥. ʒ. vſq; ad. ℥. i. cum ſucco arnogloſſe: aut cum aq̄ roſata: ⁊ modico vini puri.

## ¶ De pleureſi.

Pleureſis aūt queda ꝟa: q̄dā nō vera. Et ꝟa q̄deꝫ eſt apatio cadens in panicul' ⁊ lacertis diſtiguētibus iter velamē diſtinguēs magnū ⁊ coſtas. ⁊ ꝓprie ſecus extremitates coſtaꝝ termiataꝝ in pectore: aut ſub eo: aut accidēs in pāniculo diſtiguente: ⁊ eſt diafragma. ⁊ eiꝰ mā eſt ſanguis: aut ſanguis colericus: aut colera pura. Et nō vera q̄dē pleureſis eſt: q̄ fit in velamīe ⁊ lacerto extrinſecis cooperiētibꝰ pectus ⁊ diſtinguētibꝰ iter coſtas ⁊ cōmiſſuras eaꝝ: ⁊ cōicantibꝰ cū cute. Et eiꝰ mā: aut eſt flegma putrefactū: ⁊ iſlāmatū: ⁊ hoc eſt raro: aut melācolica: ⁊ hec eſt rarius. Et illa q̄dē: q̄ fuerit in velamīe diſtinguēte coſtas cū cōitate cutis minꝰ ſuſpecta ē. Que ꝟo in velamīe qḋ ē ſub coſtis magis. Que āt in velamīe diſtiguente eſt praua. Fit. n. cum ꝑmixtiōe itellectꝰ circa augmentum ⁊ ſtatū eius: ⁊ illud ideo qm̄ cōicat cum cerebro mediāte neruo magno quodā qui dirigit̄ ⁊ dilatat̄ in ſubſtantiā pāniculoꝝ. Et quidē cōmune eſt intrinſecis ⁊ extrinſecis pāniculis ab omni mā apoſtemari poſſe: veruꝫ a ſanguine ⁊ colera frequentius: a flegmate: ⁊ melancolia rarius: ⁊ illud ideo qm̄ ad mēbrum pāniculare: ⁊ denſum ⁊ raro groſſum: aut viſcoſum penetrant.

¶ Pleureſis aūt q̄liſcunq; fuerit: aut reſoluit̄: aut ſuppurat̄: aut permutat̄. Ars aūt ⁊ igeniatio ad reſolutionē ipſius eſt ſm. vij. res. Et p̄ma q̄dē eſt repercuſſio mãei. Scḋa eſt regimen īgeniatiuū quo req̄rit̄ ſcia vtrū ſit a plenitudine hūorali: aut ventoſali. Tertia ē diuerſio mãei. Quarta eſt ſubtractio eiꝰ ſubtractiōe cōi poſt digōnē ipſiꝰ. Quīta eſt eductio ipſiꝰ eductōe ꝓpa poſt ꝑparationē eiꝰ. Sexta eſt correctio accidentiū. Septima eſt regimen vite eiꝰ qḋ in tota ꝓlatione cure extendendum eſt.

barum: aut amili. Caueat āt idigeſtio eiꝰ. ꝯtingēs.n. ex la-
cte moleſta eſt: ⁊ inimica ⁊ ꝓprie q̄tū eius nutrimētū eſt
amicū. ¶ Potꝰ eorū ſit vinū mediocriter ſtipticū: ⁊ vinū
albū antiquū: ⁊ vinū antiquū dulce eſt bonū eis: ⁊ aqua i
qua extinguit ferrū: aut aq̄ de minera ferri: ⁊ aq̄ roſata ⁊
aq̄ pluuialis iſuſiōis gummi aſſi: ⁊ ſilia: ⁊ laudat eis rob
myrtinū: ⁊ ſirupus eiꝰ: ⁊ miua cū aq̄ maſticis. Et nō negli-
gant excellētie çuccari roſati ⁊ admiſtratōes eius oī ho-
ra. Fortaſſe.n. eſt ipm ſolū medicia curans eos. ⁊ nos di-
ximus in caplo de ſputo ſanguis ſm ſmonē Halie. ⁊ dice-
mus hoc latius in caplo de ptiſi ſi deus voluerit. Medi-
cinarū aūt ſūma: que admiſtrat emplaſtrando dicta eſt in
capitulo de ſputo ſanguinis.
¶ Quintā rem ꝯplent adminiſtratōes medicinarū ſedā-
tium accidentia in tota cure latitudie ſupuenietia: ⁊ ſunt
vehemētia doloris: ⁊ febris: ⁊ prauitas anguſtie: ⁊ ſitis: et
tuſſis vehemēs: ⁊ ſtrictio anhelitus ⁊ vigilie: ⁊ faſtidiū ci-
bi: q̄ tēpore collectōis: ⁊ maturatōis timoroſa ſūt: matu-
rata āt ea ſuſpecta ſūt magis. poſt eruptionē āt ipſiꝰ rema-
nētia mortalia ſūt. Verū ex eis q̄dā remanētia ſunt ſꝫ ma-
gis ⁊ minꝰ ſuſpecta: ⁊ q̄dā corrigi poſſunt: q̄dā āt minime.
Ingt.n. Hyp. dolor ⁊ febris circa ſaniei generationē ve-
hemētiora ſunt. gn̄ata aūt ea remiſſiora: ⁊ amplius remiſ-
ſiora poſt eruptionē ipſiꝰ: ⁊ adhuc amplius mūdificata: ⁊
exiccata ea. Si aūt in ꝯtriū hoc acciderit: tunc nil aliud ni-
ſi peſſimitas ⁊ ꝓfūda corruptio ex prauitate venenoſita-
tis ſignificat: ⁊ hec qdē vere mortalis: ⁊ teſtat hoc virus
apparēs: ſicut amurca ⁊ fetidū. ⁊ hoc qdē icorrigibile de-
ſperandum oio. ¶ Et hoc idē de prauitate anguſtie dici-
mus. ⁊ ſilr de tuſſi ⁊ ꝯſtrictōe anhelitus. Vigilie āt ſitis ⁊
appetitus defectio aliā atqꝫ aliā poſſunt habere cām pro-
pter qd nō iudicāda mala ſimplr. Vigilationē aūt efficit
mala cerebri cōplexio ſicut ſiccitas: ⁊ hauracitas ex ma-
la humiditate occultata in ipſo. Aliquādo aūt efficit fre-
quens agitatio ſuper aliqua re: ⁊ iaꝫ qdem diximus curā
eius in capitulo de ſabara. Sitis etiam cām poteſt habe-
re extraneā. ſicut eſt proprie ſalſuginoſitas ex mala qua-
litate exiſtente in ſtomaco: aut caliditas: aut ſiccitas i ori-
ficio ipſius. ⁊ alia ſicut dicemus in capitulo ſuo: ⁊ curat ſi-
cut dicemꝰ ibi. Et ſilr defectio appetitus pōt hr̄e cauſas
quas etiam dicemus in ꝓpriis capitulis.
¶ Sextam rem cōplent adminiſtrationes regiminū ex
generibus reruꝫ ſex ſm exigentiā quqꝫ canonū ſupraſcri-
ptorum. Et hoc quidem dictum eſt.
¶ Filius Zacharie. Confectio trociſcorum qui admini-
ſtrantur cum aqua ordei cum qua cocti ſunt cancri flu-
uiales: ⁊ ſirupus de papauere: aut rob myrti. Et conferūt
ad cōſolidationē ⁊ mūdificationē vulneris pectoris aut
pulmonis: quorū permixtio. Recipe papaueris albi: ſemi-
nis cucurbite ⁊ citrullorum excorticatorum ana. ʒ. x. ami-
li draganti: gummi arabici: ſucci ligritie ana. ʒ. v. thu-
ris maſculi: ſedenegi loti: boli armeni: ſanguinis draco-
nis charabe ana. ʒ. ij. myrre cinamomi: opij. an̄. ʒ. i. Et fiāt
trociſci: ⁊ adminiſtrentur.
¶ Idem. Cōfectio emplī feſtinantis maturationeꝫ pleu-
reſis: ⁊ ſedātis dolorē eius. ℞. aneti: camomille: violarū

ſiccarum: furfuris: altee: farine ſeminis lini: fenugreci: or
dei: añ. Decoquant̃ in aq̃ donec ſint diſcocta. Deinde ꝯte
rant̃: ⁊ miſce cũ oleo antiquo. Et ſupponat̃ tepidũ: ⁊ q̃ñq̃
addũtur ĩ eo cinis cauliũ ⁊ adeps anatis.

¶ Galienus. Cõfectio loboc mũdificãtis ⁊ abſtergentis
ſanie a pectore ⁊ pulmone. Accipe amigdalaꝝ dulcium ⁊
amaraꝝ: granoꝝ pini: ſeminis vrtice: farine lupinoꝝ: ana
partes equales. Cõfice cũ melle: ⁊ da cũ eo q̃ conuenit.

¶ Plures preterea ex medicinis mũdificãtibus pectus:
⁊ pulmonem a ſanie ⁊ viru dicte ſunt in capitulo de aſma
te ⁊ tuſſi: que requirantur ibi. Et ex medicinis ſanãtibus
vulnera pectoris ⁊ pulmonis: plures dicte ſunt in capitu/
lo de ſputo ſanguinis.

¶ Aboali. Cõfectio trociſcoꝝ ad vlcera que fiunt in pe/
ctore ⁊ pulmone cõſolidantiũ ea. Recipe roſarum balau
ſtie: ana. ʒ. ij. ſanguinis dracõis: amili: olibani: ana. ʒ. ij. dra
gagãti: maſticis: ana. ʒ. i. ⁊ ʒ. acacie: croci: ana. ʒ. vnius ter/
tiã. karabe: ⁊ myrre: ana. ʒ. ʒ. Confice cum rob citoniorum
myrtilorum ⁊ da cum eiſdem.

¶ Confectio medicamĩs ex ĩuentione noſtra: q̃ ẽ medi/
camẽ forte ⁊ expertũ ad vlcera pulmõis ⁊ pectoris: ⁊ mũ/
dificat ea a ſanie: ⁊ materia viſcoſa contenta in eis ⁊ facili
tat expulſionem earum. Cuius hec eſt ꝑmixtio. Recipe
olibani myrre: cinamomi: amomi: granoꝝ pini: radicum
ireos: gũmi albotin croci: talcb: ana. ʒ. iiij. ſpice caſſie fiſtu
le: carniũ dactiloꝝ: ana. ʒ. iij. coſti. ʒ. ij. galbani. ʒ. vnius ter
tias. ij. mellis q̃tũ ſufficit ad aggregandũ ea. Decoquãt̃
mel ⁊ albotin ĩ vaſe duplici vſq̃ dũ habeat ſpiſſitudinẽ.
deĩde ꝑmiſce cũ eis galbanũ: ⁊ fac bullire denuo: deĩde ꝓ
ĩce ſupĩpm puluerẽ aliaꝝ reꝝ: ⁊ da cũ eo q̃ ꝯuenit.

¶ Permutationũ aũt pleureſis ad alias egritudĩes: que
dam ſunt ad bonũ: quedã ad malũ. Permutat̃ aũt ĩ peri
pneumoniã: ⁊ ad ptiſim: ⁊ ad malũ. Et permutatio eiꝰ ad
peripneumoniã ẽ ſm̃ alteꝝ duoꝝ modoꝝ. Q̃ñq̃ eniz fit
ex cõuerſiõe materiei pleureſis ad pulmonẽ. q̃ñq̃ ex con
uerſione virus ad ipſum cũ nõ mundificat̃ vſq̃ ad. xl. di/
es a ruptura collectionis. Et ꝑmutatio eius ad ptiſiz ſimi
liter fit ſm̃ alteꝝ duoꝝ modoꝝ aut mediãte ꝑipneumo
nia: aut ſine mediatõe eius. Et ꝓprie cum ſanies acuta ⁊
mordicatiua reſoluta ab eruptiõe apoſtematis trãſiẽs ꝑ
pulmonẽ vlcerat ſubſtãtiam eius. ¶ Et dixit. Hyppo. ꝙ
q̃ñ pleureſis nõ reſoluit̃ neque mũdificat̃ in. xiiij. diebꝰ:
ĩ empia trãſit: ⁊ ſi empima nõ mũdificat̃ ĩ. xl. diebꝰ a die
rupture ꝑmutatur in ptiſim. ¶ Et dixit Galienus ꝙ mã
pleureſis q̃ñq̃ rapit̃ fluxu vẽtris: q̃ñq̃ natura vincit ſup
ipſã ⁊ expellit eã ad partẽ auriũ: ⁊ fac̃ collectiões ⁊ ẽ ſigni
ficatio ĩcolumitatis. Et q̃ñq̃ apparet victoria morbi ſu/
pra naturã ⁊ ſignificat̃ ex ꝑmixtione ĩtellectus: ⁊ vigilijs
⁊ fit ꝑmutatio ĩ freneſim. Et quãdoque vltimat̃ mã mor
bi ſupra nãm: ⁊ declinat mã ad cerebruz: ⁊ ĩterficit vſque
ad diẽ. iij. ⁊ quãdoque declinat ad neruos: ⁊ facit ſpaſmũ.
Et dixit iteꝝ Galienus: ꝙ quãdo rapit̃ ad partes cordis
multiplicat̃ tremor eius ⁊ ſyncopis: ⁊ ĩterficit ĩ pricipio: ⁊
quãdoque ſubito.

¶ Et dixit Hyppocrates ꝙ aliquando accidit ex praui/
tate ⁊ venenoſitate materie: vt vincat ſupra poſſe natu/
re oĩno: ⁊ cõuertat partes loci vt appareat dorſum patiẽ
tis: q̃ſi dorſum verberati: ⁊ viret latus eiꝰ ⁊ nigret: ita ꝙ
conſueuit de eis dicere vulgus eſſe percuſſos a demone.

¶ Iteꝝ Galienus dixit ꝙ natura multotiens vincit ſu/
pra morbum ⁊ expellit materiaz eius ad loca vacua: ſub/
aſcellarum ⁊ inguinũ: ⁊ partiũ cruriũ: ⁊ auriũ ⁊ pedum: ⁊
conuertit in apoſtemata bene nata ad pleureſim. Signi
ficant enim ſalutem: ⁊ quandoque conuertit materiam ⁊
extrahit vſque ad cutem: ⁊ ducitur ad incolumitatem cũ
apoſtemate ſub cute.

## De peripneumonia.

p

Eripneumonia eſt apã. ⁊ ex mẽbri denoĩatiõe no/
mẽ accipit: eſt enim apã pulmonis. Et dixit Galie
nus ꝙ eſt morbus difficilioris cure q̃ȝ pleureſis. ⁊
magis ꝓmptior ad ĩterficienduz. ⁊ illud ꝓpter duas res.
¶ Et q̃dez p̃ma eſt. q̃m in pulmone: ſicut ſcis ſolutio cõti
nuitatis raro ẽ ſuſceptibil' cure ꝓpter cãs in caplo de ſpu
to ſanguinis aſſignatas. ¶ Scõa eſt. q̃r virtꝰ cordis nõ pa
tit̃: imo deficit ab ĩflãmatione eius. creauit. n. ipm ſapia
vt euẽtaret cor. eſt autẽ peripneumonia morbꝰ per ſe: aut
morbus ex altero morbo cãtus. Et ſi q̃dez que cauſat̃ ab
eo, q̃ eſt aptũ natũ eẽ nutrimentũ pulmõis: aut a ſupflui
tate nutrimẽti ipſiꝰ eſt morbꝰ per ſe. Deriuat̃ aut ex alte/
ro morbo: ſic̃ ea q̃ fit poſt catarrũ: ⁊ poſt pleureſim. Fit ãt
peripleumonia ex oĩ materia ſic̃ pleureſis. Et ex ea ẽ q̃dã
vera: q̃daz nõ vera. Et dixit galienꝰ ꝙ vera ꝑipneumonia
eſt q̃ fit a flegmate. Et videt̃ ꝙ dicẽti ꝙ vera ꝑipneumõia
eſt q̃ fit ex colera ſit magis credendũ. Et eñi pulmo ẽ mẽ/
brũ colericũ: ⁊ eiꝰ nutrimentũ eſt ſanguis colericꝰ. Et iam
q̃dem canõ eſt ꝙ morbꝰ: cuiꝰ ꝯplo nõ recedit a cõplexiõe
mẽbri: niſi ſicut naturale ⁊ innaturale eſt morbus ꝓprie
verus. Recedẽs aũt ab eius ꝯplexione in ꝯ̃rium ipſiꝰ eſt
morbus çebdeg. i. morbus notus. Et fortaſſis rõ ꝓ Galie/
no eſt q̃m morbus ꝓprie verus minꝰ moleſtus eſt q̃ȝ çeb/
deg. Et ꝑipneumonia flegmatica nõ eſt in vehemẽtia pra
uitatis ſic̃ colica. Interficit. n. cito colica acuitate ſua: cuz
ſit vicina cordi. ⁊ oppõ cuz ĩfrigidantibꝰ nõ ꝑuenit ad lo/
cum: nec ꝑducitur: niſi poſt eiꝰ alteratione plurimã: eo ꝙ
ꝓpter viaꝝ diſtantiaz calefit. Hoc aũt ſecus ẽ in flegma/
tica: q̃ñ opȝ medicamĩa eẽ maturatiua ⁊ reſolũa: que fa/
cile ſunt ꝑueniẽtia ad locũ nec̃itatis ſine diminutiõe vir/
tutis eoꝝ. ¶ Preterea morbꝰ ꝓprius aliꝰ eſt q̃ fit ẽ mate
ria que deputat̃ ad nutrimentũ alicuius membri: que dũ
corrumpit̃ facit morbũ: aut fit de mã que ẽ ſupfluitas nu
trimẽti illiꝰ mẽbri. Et iaȝ quidẽ Ariſto. dixit ꝙ ſupfluitas
eſt ꝯ̃ria illi rei cuius ẽ ſupfluitas. ſic̃ fumus ⁊ kilus: ⁊ ſicut
vrina ⁊ maſſa ſanguinea: ⁊ ſic̃ ſudor ⁊ humores in venis: ⁊
ſic̃ medulla ⁊ nutrimentũ oſſiũ: ⁊ ſic̃ adeps ⁊ caro ⁊ ſilia:
niſi ſit ſupfluitas delatiua potẽtialitatis eiꝰ a qua decidit̃
ſic̃ ſperma. ¶ Et ſciẽdũ ꝙ pulmo ſic̃ cetera mẽbra partẽ
ſibi ꝓpriaȝ de humoribꝰ recipit: ſȝ q̃ ẽ ſicut ſanguis cole
ricus de ipſis deputat̃ ad nutrimentũ ipſiꝰ. Et ſupfluitas
ſui nutrimẽti: q̃ eſt flegma mittit̃ in vacuitates eius ꝓp
cãs vtilitatũ q̃s ſcis ꝓpter q̃ q̃daz crediderunt Galieno
dicenti: q̃ vã ꝑipleumonia fit ex flegmate: ſic̃ ex ſupfluo
nutrimẽto: ⁊ crediderũt alijs dicẽtibꝰ ꝙ fit ex colera ſicut
ex nutrimẽto cui iaȝ accidit corruptio. Et hoc ſm̃ ĩtentio/
nes ꝓprias. Terminat̃ ãt hec paſſio ſȝ vnũ triuȝ modoꝝ
ſic̃ ⁊ pleureſis: aut. n. reſoluit̃: aut ſuppurat̃: aut ꝑmutat̃.
Et cura eius eſt ſilis cure pleureſis.

## ¶ De empimate.

e

Mpima quandoq̃ fit ex pleureſi. ⁊ diximus cu/
ram eius. Et quãdoq̃ fit a peripneumonia. ſicut
dictum eſt. Et quandoq̃ ex ſanguinis ſputo. Ue
ruȝ cauſa eorum quandoq̃ eſt a pulmone. quãdoq̃ a pe
ctore ⁊ partibus eius. Et iam q̃dẽ Galienus dixit factã ex
cauſis in pulmone moleſtiorẽ eẽ ea: que eſt ex cauſis in pe
ctore ꝓpter cãs dictas ĩ capitulo q̃ eſt ante iſtud. Et ſili/
ter curam eius difficiliorem eſſe propter cauſas dictas in
capitulo de ſputo ſanguinis. Cura autem oĩs ſpeciei huiꝰ
ſimilis eſt cure empimatis facte a pleureſi quã diximus.

## ¶ De ptiſi.

p

Tiſis eſt nutrimentũ deſiccationis: ⁊ cõſumptio
nis cadẽs in corpus: ex calore febriũ habitudina
liũ minutarum ex vlceratione pulmonis. Et vlce
ratio quidem huiuſmodi cauſam habet: aut ex p̃cedenti

catarro acuto vlceratiuo inſtillante ⁊ imprimente in pul
moné hora poſt horá ſic accidit ex frequēti īſtillatiōe ſup
petrā: vt pforetur petra. Et qñqȝ fit ex precedēti pleureſi:
aut peripleumōia mediāte tñ empimate. Et qñqȝ tñ ſine
mediatōe. ⁊ qñqȝ fit ex mā putrida diu ſtāte in pulmone:
quā ſeqr̄ putrefactio ⁊ vlceratio. Et accidit nōnunqȝ poſt
ſputū ſanguis ſine mūdificatiōe: ſicut Hyppo. dixit. Poſt
ſanguis ſputū caſus ī ſaniei ſputū: ⁊ poſt ſaniei ſputū caſus
ī ptiſiȝ. Hic āt ſermo ei⁹ eſt ſub ꝯditiōe. Et .n. poſt ſanguis
aut ſaniei ſputū qbus nō reſiſtit̄ fit caſus ī ptiſiȝ. Raro āt
ꝯtingit hec paſſio pueris ⁊ ſenib⁹. Et ſi cadant īterdum ſe-
nes in illā occultari pōt eis: ⁊ diu viuere cū illa. Uiris aūt
⁊ mlierib⁹ frequēter accidit: ⁊ ppe paratis cadere in ipaȝ:
⁊ raro occltat̄ eis. Uex mulierib⁹ occultatur īterdū licet
parū. Cōtingit aūt hec paſſio ſic hypo. dicit a decimo octa
uo anno vſqȝ ad trigeſimū qntū. Expoſiti aūt vt cadāt in
ptiſim ſunt hñtes cerebꝝ debile: q̄re nō ꝓhibet̄ receptio
ſupfluitatum in ipo: nec digerit̄ qd̄ traſmittit̄ de nutrimē
to ad ipȝ: q̄re ſunt catarriçabiles: ⁊ ex parua cā. Et adhuc
expoſiti ad id ſunt hñtes pect⁹ ſtrictū in creatiōe ſua cum
multiplicatōe ventoſitatū in ipo. Et pulmone eoꝝ: ⁊ vici
nis partib⁹: ⁊ hñtes humeros alatos. ſicut ſunt curuature
alaꝝ: ⁊ collū ſubtile ⁊ longū depreſſum īter alas ⁊ hume-
ros. ⁊ freq̄ntat eos tuſſicula cū pūctura alicui⁹ ſpatule: aut
mamillaꝝ: ⁊ pcipue ſi ſint ex iraſcētib⁹ facile ⁊ colericis.
Tempus aūt magis aptū: vt faciat cadere in ptiſim: ⁊ qd̄
vehemētius nocet factis ptiſicis: eſt autūnus: ⁊ ꝯſtipatio
boreal' multū dominās: ⁊ maxīe quādo pceſſit auſter: aut
ꝯſtitutio auſtria: quā preceſſit boreas. Et ex eis ē regio bo
realis mltū frigida ⁊ ſicca. et cibi ⁊ potus ei⁹: ⁊ q̄cunqȝ hoc
curſu ꝓcedunt. Curare aūt ptiſiȝ: que vehemēter ipreſſit:
⁊ diuturnauit impoſſe eſt. ⁊ ꝓprie qñ continuat̄ ei lubrici-
tas vētris: faſtidiū cibi: ⁊ fetor oris curuature vnguium: ⁊
caſus capilloꝝ. Significant .n. ex hoc corruptōeȝ ꝓfunda
ri: ⁊ nutrimētū eſſe abſciſſū. Curare vō nō diuturnam: aut
que nō multū impſſit: ⁊ in qua accñtia timoris nondū ap-
paruerūt fortaſſis pſumendū eſt: q̄uis nō ſit facile. Et itē
tio ī curatōe eius eſt duplex. videlicet vlis ⁊ particularis.
Et vlis qdem ītentio eſt tres res. Et pma qdem eſt corre-
ctio cauſe facientis. Secunda eſt abſciſſio eius. Tertia eſt
regulatio ipſius vite patientis.

❡ Primā igit̄ rem ꝯplent adminiſtratiōes medicaminū
abſcindentiū nocumēta catarri: ſi accidat a catarro. ⁊ hec
ē radix opationis in hac cura. Et iā hec ſcripſim⁹ in caplo
ꝓpo. ⁊ ſi cā ipſi⁹ fuerit ex pcedēti empimate ex pleureſi ⁊
pipleumonia: aut ſputo ſanguinis: cura eoꝝ dcā eſt.

❡ Scdam reȝ ꝯplēt adminiſtratiōes euonum abſcindētiū
cāo: q̄ꝝ pceſſit rememoratio. ⁊ ſiqdē malitiā ꝯplonis cali
dā cognoueris ex plenitudie ſanguis flebotomam⁹ ex ba-
ſilica. Et ſi vtus pmiſerit: demū ex ſaluatella. Et qñqȝ fle-
botomam⁹ flebotomia renouāte numeꝝ ſi neceſſitas ex-
petit adminiſtrādo ex cibis ⁊ potib⁹: ⁊ alijs q̄ boni ſunt nu
trimēti. Et hoc dieb⁹ quib⁹ nō flebotomas. Si aūt colerā
abūdare cognoueris: euā cū eo qd̄ eſt ſic aq̄ decoctiōis ca-
pilli veneris: ⁊ chayare de ſingul' manipulos ſinglos: iuiu
baꝝ: ſebeſtē. añ. xl. prunoꝝ ſiccoꝝ. xx. pulpe: caſiefiſtule: ſi
racoſt. añ. ℥. i. çuccari violati. ℥. xij. ſi neccitas expetit: addat̄
eis qd̄ eſt ſic trociſci de viol' ⁊ ſilia. Si aūt cām leſiuā māȝ
flegmaticā eē cognoueris: euacua cū cochys. ⁊ ſilib⁹ qbus
ex bdellio. ⁊ dragagāto partes addant̄ conueniētes. Et ex
euonibus particularib⁹: ⁊ vtilib⁹ huic egritudini ſunt ꝓuo
cationes emorroidaꝝ ⁊ mēſtruoꝝ: ⁊ maxime ſi ex eoꝝ re-
tentiōe in nocumentū cadat. Et nos de his in caplo ꝺ ſpu-
to ſanguinis. iiij. canone locuti ſumus.

❡ Tertiā reȝ ꝯplent adminiſtratōes regulatōuȝ in q̄ñbus
reꝝ ſex. ⁊ ꝓprie collocent̄ in loco aeris tēperati ad ſiccita-
tē declinis. ⁊ pmutet̄ ad regiones aeris tēperati. Et ſint ci
bi eoꝝ ex eis que ſunt q̄ntitatis pauce ⁊ pluris nutrimēti.
⁊ īſuper ad digerendū faciles: ſic ꝓprie epata gallinarum:
⁊ teſticuli galloꝝ q nō calcauerūt: ⁊ alas pulloꝝ: ⁊ carnes
minutaꝝ auiū teneraꝝ: ⁊ carnes iuuenū pdicū: ⁊ alcubugi.
⁊ colūbaꝝ: ⁊ ſint huiuſmodi elixa: aut iurib⁹ ciceꝝ: aut in
aq̄ ordei: ⁊ ꝓprie quādo q̄rit̄ mūdificatio: ⁊ oȝ vt addatur
tunc in iurib⁹ eoꝝ de melle aliqd: ⁊ ꝯgruūt eis vitella ouo
ruȝ ſorbilia cū melle: ⁊ ꝯcedit̄ ēt eis in hoc caſu ius cauliū
īpinguatū cum gallinis ⁊ ſilia. Qñ aūt ꝯſolidatio ⁊ ꝯgluti
natio vulneris querit̄: tunc opȝ vt ſint cibaria deſiccatia:
nō eleuata in gradu multe exiccatiōis: ⁊ ſint ēt ꝯglutinan-
tia: ſicut ꝓprie extremitates: ⁊ roſtra edoꝝ ⁊ porcoꝝ iuue
nū ⁊ arietuȝ caſtratoꝝ. Pane autē vtat̄ ſimilagineo bene
cocto habēte aliqd maſticis: ⁊ quādoqȝ ponit̄ in eo ocim⁹
⁊ ſilia. Et ex cibis ꝯglutinatiuis ē triticū cū gallinis ⁊ riſuȝ
⁊ ſilia: ⁊ pulmēta ex geguer: ⁊ milio ⁊ ſauic: ⁊ kiſt ordei poſt
bonā decoctionē eoꝝ: ⁊ lentes ſunt bone eis. Et pulmēta
ex orobo: ⁊ ſorbitiones ex farina ei⁹ ⁊ ſilia. Et cibi ex lacte
ſunt eis magni iuuamēti: ⁊ ꝓprie cū nō eſt febris: ⁊ caſe⁹
ſi eſt recēs. Et nos dixim⁹ in caplo de empimate diuerſos
cibos ex lacte. canone q̄rto. ❡ Si aūt fuerit cū ea febris
vehemētia ſit cib⁹ eoꝝ kiſt ordei bene coctum cum cācris
fluuialibus: poſtq̄ abluunt̄ abiectis extremis eoꝝ cuȝ aq̄
⁊ cinere: ⁊ cū iteratōe: ⁊ etiā cancri fluuiales aſſi aut elixi ī
aq̄ ordei. Et qñqȝ dant̄ cocti in lacte aſine: ⁊ qñqȝ in oleis
frigidis: ⁊ qñqȝ in aq̄ ordei aut ciceꝝ: ⁊ qñqȝ in lacte aceto
ſo abſtracto ab eo butiro. ⁊ ſunt iuuamēti ſublimis. ⁊ ad-
dunt̄ eis cucurbita. ⁊ bleta cū oleo amigdalio: ⁊ citrulli: ⁊
ſilia. Et ex reb⁹ cibalib⁹ ſil' ⁊ medicinalib⁹: eſt lac acetoſū
coctū cū tortellis de ſeni: ⁊ ſit ꝓprie lactis. ℥. iij. ⁊ tortellaꝝ
tritaꝝ. ℥. i. In craſtinuȝ adde ex lacte circiter. aur. ij. ⁊ mi-
nue ex tortellis circiter aur. i. Et hec fiāt ſingul' dieb⁹ do-
nec deueniat̄ ad lac ſolū. Cū aūt ꝑuentū fuerit ad egritu-
dinis declinatōeȝ: īcipiam⁹ diminuere ex lacte acetoſo oī
die: ⁊ addere ad tortellas: donec deueniat̄ ad dationē tor-
tellaꝝ tantū. Hunc āt modū decoctiōis lactis acetoſi ſcri
pſit Paulus ⁊ plēs poſt ipm laudauerūt illud.

❡ Opatio aūt lactis acetoſi eſt ſm hūc modū. Accipe lac
caprinū mundū hñs bonitatē ex ſanitate aial': ⁊ ꝯgruitate
paſcui ipſi⁹: ⁊ extrahat̄ ex eo butirū: ⁊ dimittat̄ vna nocte
ī aere tēperato: mane aūt agitet̄ vehemēter. ⁊ excludatur
ſpuma eius. Eſt aūt lac huiuſmodi ſedatiuū vehemētis ca
loris: cōſtrictiuum ⁊ cōſolidatiuum. Potus autem eorum
non febricitantium ſit in pncipio vinum album dulce: ⁊
cum peruenitur ad tempus ꝯſolidationis ſit album ad ſti
pticitatē declinans pmixtum cum aqua pluuiali. Febrici-
tantium autē potus ſit aqua ordei: ⁊ aqua pluuialis: ⁊ rob
mirti: ⁊ ſyrupus eius. ⁊ ſyrupus de papauere: cum vocat
neceſſitas: ⁊ aqua pluuialis decoctionis cancroꝝ: ⁊ aqua
granatorum dulcium: ⁊ ſimilia. Et in ſecunda menſa co-
medant paſſulas cū granis poſt bonam maſticatōeȝ: ⁊ gra
nata dulcia: ⁊ citonia de ſeni cocta in rob ⁊ ſilia. Et opȝ an
te comeſtionē: vt approximēt deambulatiōib⁹ mediocri-
bus: ⁊ poſt ambulationes vtant̄ fricatōibus lenibus. tene-
rum facientibus corpus. ⁊ hoc vt viuificetur calor in ipſis
Et poſt comeſtioneȝ vacent: ⁊ quieti ſint per duas horas:
⁊ hoc in loco tēperati aeris: in quo ſint odores redolentiū
frigidorum ⁊ ſtipticorum cuȝ adminiſtratione gaudij. De
inde vacent ſomno ⁊ qeti quantum poſſibile fuerit. Et ſi
fuerint vigilie accedamus ad medicinas ex papauere: ⁊
hoc cuȝ ſapiētia ne ꝯgelent̄ ſpūs. Elongent̄ aūt a balneis.
reſoluūt .n. virtutē: niſi apd̄ declinatōeȝ. Tunc eñi ſunt iu
uamēti ſublimis queādmodū dicem⁹ poſt. Prohibeat̄ āt
eis oīs lubricitas: ⁊ conſtipatio viſceꝝ: ⁊ magis lubricitas
vehemēs. reſoluit enim virtutem.

❡ Particularis aūt intentio ē qnque res. Et prima qdē
eſt mundificatio ⁊ abſterſio vlceris. Scda ē prohibitio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0226-5
DFG

curſus materieꝝ ad ipſum. Tertia expulſio materierum
ſaniei eius ⁊ exiccatio earum ex ipſo. Quarta eſt conſoli
datio ⁊ icarnatio ei⁹. Quinta ē correctio accidentium.
¶ Et primā qdē rem ɔplēt adminiſtratões medicinarum
mundificantiū ⁊ abſtergentiū vlcus. ⁊ in genere eoꝝ ex
cellenti⁹ ⁊ nobili⁹ eſt mel: ⁊ aqua eius. Aggregat.n. virtu
tem mūdificationis ⁊ abſterſiōis. Et ṗter hoc ē cib⁹ ⁊ po
tus amicus nature: ⁊ iuuatiuus valde. Et ex eis ē aqua or
dei: ⁊ aqua çuchari: ⁊ aqua ciceꝝ. Et fortius eis ē decoctio
iſopi: ⁊ ſirupus ei⁹. Et adhuc fortius ē lohoc d̄ caulib⁹ ⁊ d̄
ſquilla. Et ex eis que ſunt maximi iuuamēti ē medicamē
Galieni. Ipſum.n. eſt mundificatiuū bonum qd̄ Recipit
ireos: baſce: iſopi: an̄. partes equales. Cōfice cū melle. Da
mane ⁊ ſero a.ʒ.i. vſque ad.ij. cum aqua mellis. Et dixit
Democrytus. Iſopus aut ireos: aut faraſiō ſingulariter
vel cōiuncta cocta i aqua mellis aut i aqua ordei ſūt mū
dificātia bona. Et nos diximꝰ plura ex his i ca. d̄ empiate.
¶ Secūdā rem ɔplēt adminiſtratões medicaminū ma
terias a pulmone ꝓhibentiū. Et hoc quidē perficitur ſm̄
alterum duorum modorum: ⁊ ꝓprie cū ꝓhibitione mate
rie que transfertur ad ipſum ex altero membro: ⁊ cū con
fortatione pulmonis: vt nō recipiat qd̄ ad ipſum transfer
tur de materia. Et ſm̄ plurimū que transferuntur ad pul
monē materie ſunt catarrales aut trāſmiſſe a vicinis mē
bris: ⁊ ex pleureſi ⁊ alijs. Et hoꝝ curā iā diximus. Sūmā
eni medicinaꝝ pulmonē confortantiū etiā diximus i ca.
de tuſſi humida. Et ex eis ē rob mirti ⁊ ſirupus eius cum
ʒ.ij. pulmonis vulpis ſicci. Et ex medicinis quidem mira
bilis iuuamēti aggregantibus virtutem cōfortationis et
mundificationis eſt medicamen Galieni. qd̄ Recipit pul
monis vulpis ſicci: ſucci liquiritie: capilloꝝ veneris ſemi
nis feniculi: aniſi: ana. Cōfice cū çucharo decocto cum aq̄
quantū ſufficit. Et quandoqꝫ conficitur cū rob myrtino
⁊ eſt confortatiuum amplius.
¶ Tertiam rem cōplent adminiſtrationes medicaminū
putredines que ſunt in pulmone exiccantiū. Et nos qdē
diximus in ca. de tuſſi: hec adminiſtrāda eſſe poſt mūdifi
cationē debitā: vt extirpet̄ poſt eas reſiduū putrefactēis
ſio. Et dixim⁹ ꝙ adminiſtratio ex myrre rubee.ʒ.i. ⁊ mell'.
ʒ.iiij. lābendo diebus iterpollatis cum aliqua ex medicis
educētibus ſaniē eſt medicamē vtile. Et forti⁹ eſt lambe
re alkitran cum melle aut cū melle ⁊ galbano ſil' liquefa
ctis. Et ex maxime iuuatiuis eis ſunt medicine magne ſic̄
tyriaca: ⁊ mitridatū: ⁊ alia quoꝝ i caplō de empimate pre
ceſſit rememoratio. ⁊ ſi indiget̄ adhuc medicamie exiccā
te ꝓcedem⁹ ad medicines d̄ arſenico: ⁊ ſulfure ſcriptas in
eodē capitulo. canone tertio. Et nō negligant̄ medicamia
hui⁹ ſumme: qm̄ ad ſanitatē ꝓducūt. ſi d̄s voluerit. Veꝝ
ſi ꝓueniſ ex eis ad ſupcalefactionē ſuccurrendū eſt cū aq̄
ordei. Et iuleb cū trociſcis de cāphora. vſqꝫ dū ceſſet acci
dens: deinde redeat̄ ad exiccatiua ꝑdicta.
¶ Quartā rem ɔplēt adminiſtratões medicaminū aggre
gantiū in ſe duas v̄tutes: mūdificatōis. ſ. ⁊ cōſolidationis.
Et ex medicinis ꝓprijs in hac ſumma eſt lac aſininū cū
v̄tute ſubtiliatōis in ipo. ⁊ lac caprinū cū tēperie ſua. ⁊ lac
muliebre cū ꝓprietatib⁹ tēperiei itra illa. Lac eni aggre
gat itētões tres. eſt.n. res cibal': ⁊ dilecta nimis: ⁊ ē ex reb⁹
velocis cōuerſionis in ſanguinē. Eſt enim ſanguis bis co
ctus: ⁊ ē poſt illō medicina abſtergens vlcus v̄tute ſeroſi
tatis ei⁹: ⁊ cōglutinans ipm virtute caſeitatis eius. Et opꝫ
vt bibat̄ calm cum mulget̄. ⁊ ſi poſſet ſugi ex mamillis: ⁊
hoc in ieiunio ante cibos alios: ⁊ opꝫ vt poſt ipm qeſcant:
ne corrumpat̄ ⁊ aceſcat in ſtomaco eoꝝ. nec dormiāt ſup
ipm: nec ſuſcipiāt cibū: niſi ꝑus deſcēdat. Et opꝫ vt bibat̄
in loco aeris tēperati: ⁊ ꝓprie cum fuerit gaudiū: ⁊ trangli
tas. ⁊ qm̄ ipſum magis mundificatiuū eſſe q̄rimus: dandū
ē cū melle. Et qm̄ ipm magis ɔglutinatiuū ⁊ cōſolidatiuū
querimus: det̄ cum çuccaro roſato: ⁊ ſilibus aut coctum
cū lapidibus. Et ſi ſumēs ipm cōſtipationē patit̄ viſcerū
opꝫ vt eligat̄ ex lacte in quo multiplicat̄ ſeroſitas: ⁊ ſi nō
ſuffic̄ multiplicet̄ q̄titas potus ei⁹ in die ſequēti: ⁊ adhuc
i die tertia: ⁊ ſi adhuc nō ſufficit miſcendū eſt cū eo: qd̄ eſt
ſicut çuccaꝝ ⁊ ſal: ⁊ ſi adhuc nō ſuffic̄ miſcendū eſt polipo
dium cū ipſis. Si aūt ſumens ipm lubricitatē iteſtinorū
patit̄: tunc opꝫ vt miſceat̄ ei qd̄ eſt ſic̄ hypoqſtidos ⁊ ſilia:
Et ſi tuſſim habuerit miſceat̄ cū eo qd̄ eſt ſicut dragagan
tum. Et ſi cū ſtomaci debilitate fuerit: miſcendū eſt cū eo
qd̄ eſt ſic̄ trociſci dyarodō ⁊ ſilia. Et lac qdem de quo bu
tirum extractum fuerit eſt magis ɔglutinatiuū: ⁊ coctū
qdem amplius: ⁊ qd̄ cum butiro eſt: eſt magis humectati
uū ⁊ ipinguatiuū. ¶ Ars aūt in decoquēdo lac eſt hmōi.
Accipe lac mundū. ⁊ recipe ipꝫ in vaſe puro abſterſo. ⁊ po
ne ſup ipo circiter qntam partē ei⁹ ex aqua pluuiali. Dein
de extingue in ipſo lapides fluuioꝝ ignitos ſine fumo vſqꝫ
dū lac fuerit coctū ⁊ ɔſumptis aqueis ꝑtib⁹ in ipo. Lac āt
melius eſt qd̄ ſumit̄ ex aīalibus iuuenib⁹ mediocriter nō
nimis remotis aut vicinis partui: quoꝝ paſcua ſūt ex her
bis mōtanis in qbus eſt ſubtilitas: ⁊ mūdificatio cū ſtipti
citate ⁊ exiccatōe. Et laudauit Galien⁹ herbas hmōi ꝓpu
tādas eē paſcui eoꝝ. ſ. ex herbis cal'is: abſinthiū: iſopū: ba
ſce: poliū: ſcea iabde: fenic'ls: abrotanū ⁊ ſilia. Et ex fridis
rub⁹: ramnū: ſolatꝝ: caiare ⁊ ſilia. Et opꝫ vt dādi lactis q̄ti
tas ɔparet̄ poſſitati virtutis ſuſcipiētis ipm: quare icipiē
dum a q̄titate minori dādo ex eo circiter.ʒ.iij. prima die
⁊ in craſtinū addat̄ ei circiter.ʒ.i. ⁊ ſic in alijs dieb⁹ a ꝑma
die vſqꝫ dū deueniat̄ ad lib.i. vel paꝝ ampli⁹. Demū pau
latim deueniēdū eſt vſqꝫ ad illud qd̄ eſt ſufficiēs. Et iam
qdē diximus cauendū eis eſſe ab īdigeſtione in potu la
ctis. In ipſa.n. eſt timor. Febricitantib⁹ aūt eis: aut caput
dolētibus: aut ſiti vehemēti obſeſſis abſcindat̄ lac dulce:
⁊ laudat̄ eis lac acetoſum de quo extractū eſt butiꝝ ſm̄
doctrinā traditā a nobis in hoc eodē caplō. Dāda eſt ēt
eis aq̄ ordei cocta cū cācris fluuialib⁹ ſm̄ ꝙ etiā dcm̄ eſt.
⁊ ſyrupus de papauere: aut ſyrupus de mirto cum eo. Et
opꝫ cancrorum extrema abſcindi. Deinde lauari corpora
eoꝝ cum aqua. ⁊ cinere fricatione vehemēti. ⁊ hoc cū ite
ratione ⁊ iteratione. Et oportet vt detur in ieiunio. Et ſit
quantitas potus eius circiter.ʒ.iij. ⁊ in craſtinū adde.ʒ.i. ⁊
ſic die quolꝫ: vſqꝫ ad lib.i.ſ. mane ⁊ ſero ante alios cibos.
¶ Summa aūt medicinaꝝ vlcera pulmonis ⁊ pectoris
ɔſolidantium eſt hec. Sanguinis draconis. ⁊ ꝑpe lutum
ſigillatum: bolū armenicum: karabe: ſcedenegi: olibanū:
maſtix: balauſtie: roſe: ⁊ ſemē ei⁹: coralli: euphiſtidos cor
tices cancroꝝ fluuialiū vſtoꝝ: ſemē portulace aſſū: ami
lū aſſum: ſemē malue ⁊ altee aſſū: ſemē arnogloſſe aſſū:
gūmi aſſū: fruct⁹ mirti ⁊ ſilia. Medicamina autem cum
qbus hec danda ſunt: ꝓprie ſunt vitella ouoꝝ: lac dulce: ⁊
acetoſum: aqua pluuialis: ⁊ aqua ordei decoctiōis ciceꝝ:
⁊ cancroꝝ fluuialiū: aq̄ alſauic: ſuccus citonioꝝ: mina: ſuc
cus mirti: roſe ⁊ ſucc⁹ eaꝝ: mucilago pſilij: ſemē citonioꝝ:
ſyrup⁹ de papauere: ſyrup⁹ de iuiubis: ſyrup⁹ de viol': ⁊ ſy
rupus roſat⁹. ⁊ ſilia. Ex medicis aūt ɔpoſitis ſunt hec tro
ciſci de luto ſigil. aut de luto armenico: filoniū ꝑſicū ē vl
timū. mūdificat.n. ⁊ exiccat putredies. ⁊ cōſolidat vlcera.
Et nos ſcripſim⁹ ipꝫ: ⁊ adhuc alia multa hui⁹ itentiōis in
caplō de ſputo ſanguis q̄ efficaciter afferant̄ ad hūc locū.
Ex reb⁹ aūt mirabil' iuuamēti ad ɔſolidatões: ⁊ ſanatões
vlceꝝ pulmōis ē çuccaꝝ roſatū recēs: ſup qd̄ non ꝑteryt
ann⁹. Aggregat̄.n. in eo v̄tus abſterſionis ex ſucco roſaꝝ:
⁊ v̄tus cōſolidatōis ex parte ſube eaꝝ. Et noſti ꝙ virt⁹ ab
ſterſiōis ex roſis ꝓpter antiqtatē abſcindit̄: q̄ adhuc poſſi
det̄ in recētib⁹. Et Galienus qdem ꝑcepit dari çuccarum

roſatum ſingulis diebus in quantitate plurima:etiam cũ
rebus medicinalib⁹ cibalibus: ⁊ potabilib⁹ ſm oẽʒ modũ
adminiſtrationis ei⁹:ita ꝙ etiã cũ pane. Et vſi ſunt eo poſt
ipm plurimi: ⁊ nõ eſt ꝯphenſibilis eoꝝ numerus qui ſana
ti ſunt ex vſu eius tñ ꝑus mũdificationibus ꝑcedentib⁹.
Falluntˀ enĩ vtentes eo a ꝑncipio dũ mũdificatio nõ ꝑceſ
ſerit. Coartat.n.in pulmone mãs. Nos ãt dedim⁹ cũ lacte
caĩo nõ febricitãtib⁹. Febricitãtibus vero cũ aq̃ ordei de
coctõis cancroꝝ fluuialiũ: ⁊ alijs multis modis adminiſtra
tionũ. ⁊ iuenimus eẽ medicamẽ vltimũ. Uerꝝ quotiẽs ex
ei⁹ adminiſtratõe ꝯtingit ꝯſtrĩgi anhelitũ deñ q̃ elargãt
ipm ex eis q̃ educũt saniẽ:ſicut ꝑꝑe ſyrup⁹ de iſopo ⁊ ſilia
Et ſi accidat ſupcalefactio ꝑꝑ deſiccatõeʒ:deˀ ſyrup⁹ ð iu
iubis:aut ſyrup⁹ de violis:aut mucilago pſilij:aut citõioꝝ
cũ aq̃ granatoꝝ:aut aq̃ expſſionis ſeminũ portulace:cum
trociſcis de cãphora dictis ĩ antidotario. Et ſi ſequaˀ poſt
ipm ꝯſtipatio nãe:deˀ muroba:de viol:aut ſyrup⁹ ei⁹ cum
aq̃ ordei. Et poſtq̃ꝫ ceſſauerit hmõi redeaˀ ad çuccarũ ro
ſatum dandum in omnem modum.

⁋ Quintã rem ꝯplent correctões cadẽtes in accñtia ꝯco
mitãtia: ⁊ ſupueniẽtia huic morbo. Et ex ꝯcomitãtibus ẽ
febris ꝯſumptio ⁊ macies ⁊ dbilitas. Et ex ſupueniẽtib⁹ ẽ
tuſſis flux⁹ vẽtris ꝯſtipatio ⁊ faſtidiũ cibi. Etiam quideʒ
hyppocrates dixit mũdificatiuũ vlceris febris lẽteſcẽtiã
ſuccedere debere:q̃ ſi nõ ſucceſſerit ꝯſtat corruptionẽ vl
ceris ꝑfundari. Nos aũt experiemur circa oẽ tꝑs curatõis.
eius iterponere medicamĩa febris vehemẽtiã ſedãtia: vt
ſigillent ex his ⁊ illis bñficia ꝯcordãtia: quoꝝ finis eſt ſa
nitas. Et ſuccurreˀ cõſtipatõi ⁊ arefactõi eoꝝ cũ eis q̃ ade
quant ⁊ humectãt ex cibis ⁊ potib⁹ ⁊ reb⁹ medicinalib⁹: ⁊
adminiſtratõe lactis dulcis ⁊ alijs q̃ dixim⁹. Et cõfert eis
balneatio in aq̃ dulci cal'a:poſtq̃ꝫ morbus in declinatione
fuerit. ⁊ ante illud eſt res prauior: ⁊ eſt ponere egꝝ ĩ deſpa
tione. Forma aũt balneatõis eſt in hunc modũ. Prepare
tur aer balnei. vt ſit liber:nõ hñs de corruptõe odoris:aut
praue q̃litatis oĩo aliqd. ⁊ calefiat vt ſit caliditas balnei:
⁊ aq̃ caliditas tẽperata q̃ exciteˀ: ⁊ nõ reſoluaˀ calor nãlis
⁊ ſit ꝑma mãſionũ remiſſi⁹ calida q̃ꝫ alia. Tũc itret patiẽs
manſionẽ ꝑmã. ⁊ fricetˀ in ea leui fricatõe: ⁊ ꝑꝑe tenerum
faciẽte corp⁹. Deĩde itret manſionẽ ſcdam. ⁊ icipiat laua
re corp⁹ cũ aqua calida vtẽdo leni fricatõe cũ manu. Deĩ
de paulatim itret aquã calidã ⁊ delecteˀ in ea. Deĩde inci
piat lauare corp⁹ eius cũ aqua decoctõis capitũ edoꝝ:aut
cũ aqua ordei cõquaſſata cũ ouis multis: ⁊ oleo amigdala
rum dulciũ. Deinde ducaˀ ad manſionẽ ꝑmam. ⁊ iungaˀ
corp⁹ ei⁹ oleo roſato. ⁊ ducaˀ ad habitaculũ exteri⁹ in quo
ſit aer tẽperatus cũ multitudine redolentiũ ſtipticoꝝ. ⁊
qeſcat in lecto. Deinde poſt duas horas cibeˀ cibis lauda
bilib⁹ pauce q̃ꝫtitatis. ⁊ pluris nutrimẽti ex eis quoꝝ iam
mẽtionẽ fecim⁹. Et ex hinc tota itentio nr̃a ad humectan
dũ ſit occupatior: ⁊ hoc cũ delectatõe ⁊ qete: ⁊ ſomno: ⁊ ſili
tijs: ⁊ ſilib⁹. In craſtinũ aũt aut in die tertio balneeˀ ſilr.
Si aũt patiẽs debilis fuerit ante ꝑ duas horas q̃ꝫ balneũ
itret. Accipiat ſorbitões ex carnib⁹ teneris:aut ex lacte dl
ci. ⁊ qeſcat ſuper ſorbitões ꝑ duas horas. deide intret bal
neũ. Si aũt patiẽs talis fuerit: vt virt⁹ eius tolerare poſſit
ꝑcepit Galien⁹ vt poſt ſufficientẽ lauatiõeʒ in aq̃ cal'a:aut
ĩ aq̃ capitũ arietũ caſtratoꝝ: ſpargi ſup corp⁹ eius in ꝑma
mãſiõe ex aq̃ frigida aliqd ꝑterq̃ꝫ in capite ei⁹. Deide iun
gi oleo roſato. Lauatões etiam in tina ſunt huius itentio
nis: ⁊ ꝑꝑe cum reb⁹ humectantib⁹. ⁊ ipinguantib⁹ corpus
ex his que dcã ſunt. Poſt hec paulatiʒ deueniendũ eſt ad
adminiſtrandũ in balneis lauatiões ex aqs decoctionum
capitũ arietũ caſtratoꝝ: ⁊ ſilia. Et ſi corp⁹ remãſerit debi
le vngaˀ cũ oleo maſticino ⁊ ſilib⁹. Et ſilr paulatim deue
niendũ eſt ad alia cibaria laudabilia ⁊ ſolidiora.

⁋ De tuſſi aũt ⁊ cõſtipatõe vẽtris:aut fluxu q̃ ſupueniũt
eis:dicem⁹ ſicut in ꝑteritis iã diximus. Et ſi accidat eis ca
ſus appetit⁹:cureˀ ſic in caplõ ꝑꝑo dicemus.

p Tiſicis medicamia ꝯueniẽtia: ſcripta ſunt pl'a in
ãtecedẽtib⁹. Ex eis ſunt trociſci Galiẽi ſcripti ĩ ca
pitulo de tuſſi catarrali. ⁊ deſcriptões ſyrupi ð pa
pauere: ⁊ dyapapauer. ⁊ trociſci: ⁊ pillule ð papauere: ⁊ pil
lule de ſtorace: ⁊ alie pill'e de narcoticis ſcripte in eodẽ ca
pitulo: ⁊ hec ꝑꝑe ad ſedatiõeʒ catarri. Medicamia vlcus
mũdificãtia: ⁊ saniẽ ei⁹ abſtergẽtia parti dcã ſunt in caplõ
ð aſmate ⁊ tuſſi. ⁊ partiʒ in caplõ de empimate. ⁋ Sũma
aũt medicinaꝝ vlcera pulmõis ⁊ pectoris ꝯſolidãtiũ dcã
eſt in caplõ de ſputo ſanguinis.

⁋ Cõfectio teſticuloꝝ vulpis eſt ptiſicis. ⁊ cõſumptis me
dicia experta. ⁊ dicta eſt in antidotario.

⁋ Hamech fili⁹ Zeçar. Cõfectio loch que ꝯfert ptiſicis ⁊
mundificat vlcera pulmonis ⁊ ꝯſolidat. ℞. iuiubas.i.paſ
ſularum enucleataꝝ. ʒ. xxx. ſeminis malue. ʒ. iiij. cancroꝝ
fluuialiũ. ʒ. xx. capilloꝝ veneris:caiare:vĝe paſtoris:lingue
arietis. añ. ℥. ſ. ligritie. ℥. i. Decoquantˀ in lib. iij. aq̃ vſq̃ꝫ ad
lib. i. ⁊ adde eis ſyrupi ð papauere: ⁊ çuccari tabarçet, ⁊ ſa
pe. añ. ℥. vi. Decoquantˀ ad mellis ſpiſſitudinẽ. Deinde pu
ciaˀ ſuper ea:ſemis cucurbite mundate. ℥. i. gũmi arabici:
dragagãti:ſeminũ citonioꝝ:amili:ſemis portulace:amig
dalaꝝ dulciũ: añ. ʒ. viij. papaueris albi. ʒ. v. Poſt bonã tri
turationẽ miſceantˀ cũ alijs. da mane: ⁊ ſero circiter ʒ. v.

⁋ Idem. Syrup⁹ de pſilio conferens ptiſicis. ℞. ſpodij:
ſeminũ portulace:ſeminũ citõioꝝ:papaueris albi. añ. ʒ. ij.
pſilij mũdi. ʒ. v. ſucci arnogloſſe cocti ⁊ depurati. ʒ. xx. can
croꝝ fluuialiũ lotoꝝ ſꝫ doctrinã ꝑdictã. ʒ. xx. Decoq̃ntˀ in
lib. iij. aq̃ vſq̃ꝫ ad lib. i. ⁊ cũ lib. i. çuccari. fiat ſyrup⁹. da ma
ne ⁊ ſero cũ ſucco arnogloſſe. eſt.n. efficax. Et q̃nq̃ꝫ daˀ cũ
puluere hmõi. ℞. pſilij: gũmi arabici:dragaganti:boli ar
meni. añ. Da cũ ſyrupo ꝑdicto: ⁊ ſucco lingue arietis.

⁋ Fili⁹ Zacharie araſi. Ulcera pulmõis:cũ non ſunt cro
nica. ſꝫ adhuc aliqd ex ſanguine egrediˀ cum tuſſi curari
poſſia ſunt. Deˀ ergo cũ nõ eſt febris lac recẽter mulſum:
⁊ ſi fuerit cũ eis febris:deˀ aq̃ ordei cũ cãcris fluuialib⁹:
aut cũ ſyrupo de papauere. Et dũ nõ cõſtringiˀ anhelitus
eius adminiſtrentˀ trociſci de papauere: quoꝝ deſcriptio
hec ẽ. ℞. papaueris albi:ſemis cucurbite: ⁊ citrulloꝝ mũ
datoꝝ. añ. ʒ. iiij. dragagãti:amili. gũmi arabici:ſucci ligri
tie: añ. ʒ. v. thuris maſculi:boli armeni:ſanguis draconis:
karabe. añ. ʒ. ij. myrre:cinamomi:opij. añ. ʒ. i. Fiãt trociſci
Da cũ ſyrupo de papauere:aut rob myrti. Et q̃ñ cum iſtis
reb⁹ ꝯſtringiˀ anhelit⁹:deñ in potu ea:q̃ elargant ipm: ⁊
educũt saniẽ:ſicut ſyrup⁹ iſopi ⁊ ſimilia.

⁋ Sabor. Loboc ꝯferẽs ptiſicis ⁊ cõſũptis. ℞. teſticulo
rũ vulpis. ℥. ij. batrembuc:chayare. añ. ʒ. i. ciceꝝ dulcium
tritoꝝ. ℥. ij. ſemis papaueris albi. ℥. i. ⁊. ſ. ordei mũdi. ℥. i.
paſſulaꝝ enucleataꝝ:ficuũ ſiccarũ:carniũ dactyloꝝ:ana
℥. ij. cãcroꝝ fluuialiũ. ℥. iij. Decoq̃ntˀ oĩa in lib. iiij. aq̃ vſq̃ꝫ
ad lib. i. ⁊. ſ. Deĩde accipe çuccari: ⁊ penidiaꝝ:añ. lib. i. te
ſticuloꝝ vulpiũ elixoꝝ ĩ dulci lacte. ℥. ij. aut cũ olei amig
dalini. ℥. ij. Decoq̃ntˀ vſq̃ꝫ dũ ſufficiẽtẽ habeãt coctionẽ:
deide ꝑĳce ſup ea papaueris albi:ſucci ligritie: ſeminũ ci
truli:melonis:cucurbite:cinamomi: ſeminũ bõbicis pur
gatoꝝ:ſemis malue:floꝝ boraginis. ana. ʒ. ij. amili:draga
gãti:gummi arabici. ana. ʒ. ij. carnium dactilorum: paſſu
larum enucleatarũ. ana. ʒ. v. Tere ⁊ confice cũ ꝑdictis.
bonum ſi deus voluerit.

⁋ Filius Serapionis. Cõfectio deiacur conferens ad ca
tarrũ acutũ: ⁊ ptiſim ex eo. ℞. ſemis papaueris albi ⁊ ni
gri. ana. ℥. ij. ⁊. ſ. radicũ ligritie. ℥. i. ⁊. ſ. ſeminũ citonioꝝ:ſe
minis altee. ana. ℥. i. ⁊. ſ. draganti. ℥. ſ. gũmi arabici. ℥. ſ.
ꝑĳce ſuper ea aque pluuialis. li. v. ⁊ dimitte die ac nocte.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193437-p0228-6
DFG

Demū decoque vſq₃ ad ꝯſumptionē duarū partiū: ⁊ adde
mell'lib .i. ⁊ rob. libꝛ. i. ʒ. ⁊ penidiaꝝ lib. ʒ. ꝯcoq̄ igni leni vſ
q₃ dū mellis hēat ſpiſſitudinē. Da mane cū aq̄ ordei. Et
accipiat in ſero ex his pillul'. ℞. ſemis portu. ʒ. v. dragagā-
ti: gūmi arabici. aā. ʒ. iiij. ſemis citrulli. ʒ. iiij. ſemis cucurbi
te excorticati: ⁊ ſeminū citōioꝝ: aā. ʒ. vij. ſucci ligritie. ʒ. v.
Fac formas ſilēs lupinis cū mucilagine ſeminū citonio-
rum. Denī tenende ſub ligua.

¶ De egritudinibꝰ cordis.

Egritudines cordis ſunt. debilitas: pulſus: temoꝛ:
e ⁊ ſincopis. Et he q̄dē egritudines caſdē fere hñt
radices: nō alr̄ īter ſe differētes: niſi ſic̄ debiles ⁊
fortes. Cauſantia aūt has egritudies cū ſint debilia: ⁊ re-
miſſa īpꝛimētia debilitatē ꝯtra vigorē minere faciūt de-
bilitatē cordis. Amplīꝰ aūt eleuata vt īpꝛimāt agitationē
leſiuā in ipo faciēte cadere diuerſitatē ī dīntys motꝰ cor-
dis ſenſu ꝑceptibilē q̄ ſunt ex magno ad paruū: ex veloci
ad tardū: ex raritate ad frequentiā ⁊ ecōuerſo. Tūc fiunt
ꝯſtitutiones due: aut .n. fiūt illa nō ītegre: neq₃ in oī hora:
ſed cū quadā īterpollatiōe: ⁊ viciſſitudie: ⁊ fit pulſus cor-
dis: aut ītegre cū q̄dā ꝯtinuatiōe: ⁊ fit tremoꝛ cordis. Cū
fortioꝛa fiūt: vt īpꝛimāt vehemētiꝰ īpꝛeſſiōes fortiꝰ ledē-
tes: īpediētes: aut p̄focātes motꝰ eiꝰ: aut ſepelientes ſpūs
ad īterioꝛa: aut ītercidētes abſq₃ interciſione oīo: aut ag-
gregantes ad p̄ncipiū: aut reſecātes abſq₃ eo q̄ð eſt ī radi-
ce faciūt ſincopim. Uincentia aūt ea vltimata victoꝛia ſu-
per nām: ita vt abſcindat̄ ſpūs ⁊ caloꝛ vite: aut extinguat̄
in minera: ſunt cā mortis. Cāe aūt faciētes has egritudi-
nes: q̄daʒ ſunt cāe coꝛpoꝛee: q̄daʒ extra coꝛpꝰ ſurgētes. Et
coꝛpoꝛee q̄dē aut ſunt in ipo corde: aut in mēbꝛis vicinis
ei: aut in mēbꝛis cōicantibꝰ ei ꝓpinq̄ cōicatione: aut remo-
ta. Cāe aūt exñtes in corde ledētes ipm: aut ſunt malitia
ꝯplōnis ſine mā: aut cū mā: ⁊ malitia q̄deʒ ꝯplōnis domi-
nās cordi fac̄ debilitatē ipſiꝰ: debilitas aūt facta fortis vſ-
q₃ adeo: vt ſit agitatiua v̄tutis facit tremoꝛē. Tremoꝛ āt
ſupueniēs generat ſincopi. Ultimitas aūt facta in ſinco-
pi eſt extinctio ⁊ moꝛs. Sʒ malitia q̄deʒ ꝯplexiōis frigide
ſuſpectioꝛ eſt q̄ȝ calē ꝓpter elōgatōeʒ a re vite: ⁊ ſicca ma-
gis q̄ȝ humida: q̄ꝛuis hūida ſit dominās in diſpōne coꝛpo-
ris: ⁊ cā ēt hꝰ īterdū ſit cā p̄focatōis: ⁊ moꝛtʒ feſtine. Solō-
nem aūt ꝯtinuitatis: aut apationē fieri in corde v̄tus non
patitur: imo ſunt cā diſſolutionis ⁊ moꝛtis: ⁊ q̄ñ ineſt do-
loꝛ in ipſo fit cā ſincopis ⁊ moꝛtis.

¶ Dixit Gal. q̄ malitia cōplexionis pure: aut cū materia
facit in vniuerſaʒ coꝛpoꝛis partē ſenſuʒ leſionis q̄ ē doloꝛ:
⁊ quō non in corde. Fruſtrabit̄ ergo et ſupponēmꝰ altera-
tiones ī corde nō coꝛ curari: ⁊ nos q̄dē diximꝰ q̄ iā radix
ꝑpoſita eſt: ⁊ eni eſſe egritudinū cordis aut nō ꝯfirmant̄:
q₃ nō ſunt māſiue: ⁊ tūc oꝛdo medicatiōis īcolumitat: aut
ꝯfirmant̄ ꝯducentes ad moꝛtē. Diſtiguemus aūt in cau-
ſis leſionū cordis: q̄ ſunt ab alys mēbꝛis: q̄ñ leſio cadēs ī
pāniculis: ⁊ in mēbꝛis q̄ ambiunt coꝛ dū redūdat ad ipm
eſt cā egritudinū eius: p̄dictaꝝ in ipo. Et leſio cadēs in ce-
rebꝛo īterdū eſt cā ad illō ſicut in epilepſia: mania: ⁊ melā-
colia. licet .n. figant̄ in cerebꝛo: terminant̄ tamē in corde:
⁊ ſunt cā egritudinū eius. Et ex eis eſt fluxus ſanguīs na-
rium: aut vndecūq₃ ⁊ cōicat etiaʒ cum corde cōmunitate
magis ꝓpꝛia ſtomacus: ⁊ affert ei cauſas leſionū: ⁊ ꝓpꝛie
cum coꝛrumpit̄ in eo cibus: ⁊ res venenoſa: aut fuerit ī eo
humoꝛ moꝛdicatiuꝰ aut male q̄litatis. aut vitreus viſco-
ſus: aut repletio agitatiua: aut fames vehemēs: aut doloꝛ
acutus ⁊ pūgitiuus: aut fuerit in oꝛificio eius bothoꝛ: aut
vlcus putridum.

¶ Et dixit paulus q̄ egritudines q̄ ſunt in ſtomaci oꝛifi-
cio: aut meri ſunt ꝓpinque cōuerſionis ad ferendum leſi-
onem cordi: ita vt q̄dam putent tremoꝛeʒ factū in oꝛe ſto-
maci eſſe tremoꝛē cordis: ⁊ q̄dam voluerūt debilitateʒ in
ipſo eſſe cardiacā. Et diſpō epatis cū eſt alterata: vt gene-
ret ſʒ plurimū ſanguinē melancolicū impmit. ⁊ eſt cauſa
egritudinū cordis: ⁊ ē pꝛauioꝛ diſpōnibꝰ alys: ita vt faciat
diſpōnē ſilēʒ manie ⁊ melācolie. Adhuc aūt cauſe haruʒ
egritudinū ſunt eūones omnes excedētes terminū: ⁊ ſilr̄
in acuta aq̄ hypocondrioꝛuʒ extractio: aut ſaniei in aper-
tione apoſtematis. Et ex eis eſt p̄focatio matricis: ⁊ pua-
tio menſtruoꝝ: aut exuberātia coꝝ. Et ex eis eſt īpꝛegna-
tio ⁊ huiuſmodi nocumēta ex vermibus: vt ēt appareat
diſpō ſimilis epilepſie. Et ſunt ex vermibus hñtes acule-
os pungentes oꝛificiū ſtomaci punctōe vehemēti: donec
faciat cadere in doloꝛē acutū cauſā ad ſincopim: ⁊ aliquā-
do ad moꝛteʒ: ⁊ ſunt q̄ñq₃ ex penetrātibꝰ vſq₃ ad vicinas
cordis partes: ⁊ q̄ñq₃ vſq₃ ad coꝛ. ⁊ ſunt cā moꝛtis feſtine.
A cōitate aūt totius coꝛpoꝛis ſupueniūt leſiones cordi: ſic̄
ꝓpter febꝛē: aut ꝓpter vehementiaʒ raritatis coꝛpis: aut
ꝓpter vehementiā ſudoꝛis ⁊ ſilia. Ex cauſis aūt extrācis
accidit huiuſmodi: ſicut ex aere peſtilētiali: aut ex odori-
bus fetidis: aut venenoſis: aut aſſumptōe reꝝ venēoſaꝝ:
aut ex moꝛſu venenoſoꝝ aīaliū: aut icurſione timoꝛis: aut
ex balneatōe vehemēti: aut laboꝛe ⁊ ſilibus.

¶ Hic ꝯpletur dicta: ⁊ īponit̄ finis doctrine diui Meſue
licet īperfecte in de appropatis: ⁊ per ꝯſequēs totiꝰ operis
cuʒ auxilio noſtri redemptoꝛis.

## ¶ Tabula capituloꝝ additionū petri apponi.


¶ Sermo de vnctionibus. car. iiz.
¶ De ſincopi: car. ii3.
¶ De tumoꝛibus mamillarum. car. ii3.


## ¶ De egritudinibus mēbꝛorum nutritionis.


¶ De doloꝛe ſtomaci. car. ii3.
¶ De medicinis māʒ a ſtō repellētibus ⁊ abſtergētibus
ac villos eiꝰ mundificantibus. car. ii4.
¶ De emplīs linimētis ⁊ vnctōis. car. ii4.
¶ De indigeſtione ſtomaci. car. ii4.
¶ De vomitu. car. ii5.
¶ De ſingultu. car. ii6.
¶ De ſingultus cura. car. ii6.
¶ De ſiti. car. ii6.
¶ De appetitu moꝛtuo. car. ii6.
¶ De appetitu canino. car. ii6.
¶ De egritudinibus epatis. car. ii7.
¶ De egritudinibus ſplenis. car. ii8.
¶ De hydꝛopiſi. car. ii8.
¶ De doloꝛibus vētris. car. ii9.
¶ De fluxu ventris. car. iz0.
¶ Oratio ad memoriā impetrandam. car. iz1.